

INSTRUCTIONES, RITUS, ET DECRETA AD FUNERA DUCENDA, ALIAQUE OFFICIA MORTUIS...





INSTRUCTIONES, RITUS, ET DECRETA AD FUNERA DUCENDA, ALIAQUE OFFICIA MORTUIS PRÆSTANDA,

Quæ in Provincialibus, & Diœcesanis Synodis hactenus sancita sunt.

HUIC NOVISSIMÆ IMPRESSIONI

Plura accesserunt ex Decr. Congreg. habit. die 5. Julii 1735.







MEDIOLANI, MDCCXLIII.


Apud Beniamin de Sirturis, Impressorem Archiepiscopalem.

Cum Privilegio.

INSTRUCTIONES AD FUNERA DUCENDA,

Et alia Officia mortuis præſtanda; maximè ex Concil. Provinc.

De tempore ſepeliendorum Corporum.



E corpus aliquod ſepeliatur, niſi duodecim ſaltem horis poſtquam ſpiritum exhalârit. Verùm ſiquem de improviſo mors, aut morbi alicujus repentini vis occupavit, is ne in ſepulcrum inferatur ante viceſimam quartam hujuſmodi repentini eventus horam, niſi Archiepiſcopus aliter ex cauſa conceſſerit.

Ante ſolis ortum, & poſt occaſum mortuus ad ſepulturam ne efferatur, neve inter majoris Miſſæ celebrationem, quæ de tempore ſit, in Eccleſiam inferatur.

Aptiſſimum verò tempus ad fidelium corpora ſepelienda eſt matutinum; ut ſcilicet pro eis Miſſa defunctorum, ex Eccleſiaſtico ritu, ſi commodè poſſit, & ritus non impediat, celebretur.

Curandum eſt, ne die feſto funus ducatur: aut ſi ducendum ſit, ut fiat poſt Veſperas. Sed non prohibetur tamen, quin ob urgentem cauſam Miſſa conventualis pro mortuo, qui ſepelitur, tali die celebretur; niſi aliòquin ritus id nullo modo ferat.

De funere ducendo.

Singularum Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum, ac Parochialium Ecclesiarum Clericis una tantùm suæ Ecclesiæ crux præferatur; neque aliæ in funere deferantur, nisi quas suus quamque Clerus subsequatur. Quòd si alii quoque Clerici invitati fuerint, ejus Rectoris, qui invitavit, Crucem sequantur.

Cum mortuus efferendus erit, cujusvis Ecclesiæ Clerus, qui vocabitur, in unam proximam mortui ædibus Ecclesiam congruo processionis ordine conveniat. Inde omnes ordine prodeuntes bini, canentes antiphonas suo loco notatas, aut aliquos psalmos, si via longior fuerit, mortuum ab ejus ædibus ad sepulturam comitentur.

Cum ad Ecclesiam venerint, omnes corpus suo ordine circumstent, instituta officia celebrantes; nec priùs discedant, quàm corpus in sepulcrum illatum fuerit.

Deinde singularum Ecclesiarum Clerici eodem ordine, quo venerant, crucem præferentes ad Ecclesiam suam redeant.

Caveant omnino Parochi, ne pallia, aut alia altaris ornamenta adhibeant, accommodentve ad ornatum feretri, aut tumbæ; sed feretro pallia adhibeantur communibus cujusque viciniæ sumptibus comparata; atque omnibus in funere gratis accommodentur ad Concil. Prov. 1., & 4. præscriptum.

Si verò propinqui, vel hæredes mortui alio pallio propriis expensis comparato uti voluerint, post funus illico ei Ecclesiæ, in qua corpus sepultum fuerit, acquisitum sit; quòd si aureum, vel sericum, aut omnino pretiosum fuerit, ad ejusmodi usum nullo modo in posterum adhibeatur, sed in ejusdem Ecclesiæ ornamentum convertatur.

Cum ex Parochia, cui Sæcularis Sacerdos præsit, mortuus effertur, ut in Parochiali Ecclesia sepeliatur, cui Regularis sit Præfectus, vel contra; tunc utrique Parochi superpelliceo, & stola

stòla indûti pares progrediantur. Reliqui verò Regulares eum locum teneant, quem in generalibus processionibus tenêre consueverunt, non obstante quavis consuetudine, vel pactione, quam inter se fecerint.

Funeribus, defunctorum officiis, anniversariis concelebrandis, cum Rector Ecclesiæ præter Clericum Ministrum suum, alios etiam Sacerdotes, Clericosve, quorum ministerio, operâve utatur accersere, adhibereve necesse habet, hoc ordine, nisi aliud defunctus, hæredesve illius voluerint, illos evocet, primò scilicet, siquos habet illius animarum curæ gerendæ quovis modo socios, collegas, adjutoresve; tum illius Ecclesiæ Titulares, vel Canonicos, vel chori Ministros, vel demum Capellanos; item deinde Clericos alios ecclesiasticæ functioni, officiove in ea Ecclesia addictos, adscriptosve; tum præterea alios, quos mortui hæres, aut is, cujus interest, accersiri, evocarive maluerit; nec verò plures adhiberi ullo prætextu, etiam hujus Decreti liceat (servatis tamen Synodi Diœcesanæ vicesimæ secundæ Decretis) quàm ille velit, vel Sacerdotes, vel alios, etiam Clericos tantùm, puerosque clericali vestitu indûtos, etiam quos illi evocati secum duxerint: neque rursus ad eleemosynæ, emolumentive cujusvis generis eo nomine percipiendi partem ullam; neque denique ullum non vocatum admitti.

Illud Præpositi, Archipresbyteri, Parochi, Rectores, & alii quicunque Clerici caveant, ne ad funus ducendum, aut officia pro mortuis celebranda alios pro se mittant, emolumentum, aut ejus partem ipsi percepturi; neque secum pueros, aut Clericos ea spe perducant, mittantve, ut eleemosynæ, quæ illis data erit, participes ipsi sint; nec sanè verò ullam ejus partem ullo quovis prætextu, etiam spontè oblatam capiant; neque item qui mittuntur plus capiant, quàm si proprio solùm nomine vocati essent.

Funeris ducendi certa hora constituatur, qua omnes quicunque evocati sunt conveniant, ut, nulla interposita mora, ad illud procedatur.

Cautio

Cautio ſit, ut ne ſimplices homines quicquam ſuperſtitionis cauſa apud mortuum in feretro, aut in ejus manibus ponant: aut aliud, quod ſuperſtitionis ſpeciem præſeferat, aut ſuſpicionem habeat, committant.

Cadaver cum effertur via procedatur, quæ a domo ad Eccleſiam recta, ac brevis ſit: ſi verò uſque adeò brevis, & compendioſa eſt, ut ordines eorum, qui comitantur funus, intra illius fines contineri non queant, tunc via paulò longiori funus ducatur, idque juſſu, conceſſuve Sacerdotis, qui funeri præeſt.

Sermo, ſiquis in funere habebitur, non domi, aut alio ejuſmodi loco, ſed in Eccleſia habeatur.

Nemini quemquam in funere laudare liceat, niſi & perſonam, & laudationem ſcriptam ante probaverit Archiepiſcopus: liceat tamen in funere concionem habere, quæ tota referatur ad humanam miſeriam fidelium oculis proponendam, omneſque ad vigilandum, & ſe parandum cohortandos, vel ad alia hujus generis documenta tradenda.

Qui in funere, officiiſve funeralibus, vel exequiis quicquam, ut infra, peccârit, ejus funeris, officiive funeralis omni eleemoſyna, emolumentoque careat omnino: pœnaque ſit Epiſcopi arbitrio, tam ei, ſi acceperit, quàm Præfecto, Rectorive, qui dari curarit, conſenſerit, permiſeritve.

Quicunque a funere, funeralibuſve officiis ejuſmodi abfuerit.

Qui item ad temporis, vel officii punctum ab Epiſcopo præſtitutum non adfuerit.

Qui, funere, officiove pro mortuis non peracto, diſceſſerit, quod ſit dum corpus ſepulturæ traditur.

Rurſus, qui non peractis funeralibus officiis diſceſſerit.

Qui item habitu, prout Epiſcopus præſcripſerit, non convenerit, interſueritve.

Qui contra Decretorum Provincialium, aut Synodalium præſcriptum quicquam in illis peccârit.

Qui

Qui item alia commiserit ex iis, ob quæ, Episcopi jussu, pro absente habendus sit.

Qui item funeris, exequiarumque curatores, utpote Antiani, vel alio vocati nomine, per se muneris sui partes non obierint.

De Cereis, & eleemosynis.

QUoniam antiquissimi est Ecclesiastici ritus cereos accensos in exequiis, & funeribus ducendis adhibere, caveat Parochus, ne mortuorum corpora ad Ecclesiam comitetur sine lumine, etiamsi gratis id officii præstet.

Luminaria verò, cerei, & funalia, quæ ob sanctiores significationes in funere a quibuscunque etiam dignitates obtinentibus, & Ecclesiæ Majoris Canonicis accensa deferri decretum est, ne ante restinguantur, quàm totum officium etiam sepulturæ rite absolutum sit; quòd si ex causa corpus tunc fortè sepeliri non possit, ne corpus tamen insepultum sine lumine relinquatur.

Quod de luminum numero, & pondere, ac etiam de eleemosyna auctoritate Archiep. præscriptum fuerit, id omnino servetur: interim Parochi, aliique caveant, ne hæredes defunctorum gravent immoderatis sumptibus, maximè cum aliqua avaritiæ suspicione.

Si mortuorum hæredes ita se impiè gesserint, ut religiosum exequiarum institutum negligentes cruci, Clericis, & funeri debita lumina adhibere nolint, cogantur auctoritate Archiepiscopi ea comparare, quæ necessaria videbuntur.

Candelæ omnes, cerei, & quæ intortitia vocantur, quæ circum crucem, & cadaver ad Ecclesiam deferuntur, & alia, quæ circa feretrum, & in altaribus, ac reliquis in locis, dum divina officia in funere celebrantur, hæredum impensa accenduntur, ita Deo oblata etiam intelligantur, ut ejus Ecclesiæ Sacristiæ, in qua mortui corpus humandum erit, continuò addicta sint: ita tamen ut liceat Rectori Ecclesiæ,

vel

vel iis, ad quos aliôquin, ipsi cerei pertinerent, quod divinis officiis superérit, in alium ejusdem Ecclesiæ usum, vel etiam ad vitæ suæ dispensationem arbitratu suo convertere.

Exequiarum, sepulturæ, & anniversariorum causa, nemo quidquam paciscatur, aut cum avaritiæ suspicione exigat, sed iis eleemosynis contentus sit, quæ aut, consuetudine probata, dari solitæ sunt, aut Archiepiscopi auctoritate probatæ fuerint, aut deinceps probabuntur.

Qua in re illud etiam servetur, ne tantum Clericis, quantum Sacerdotibus tribuatur, neve Clerici Sacerdotum loco adhibeantur.

Miserabilium autem personarum, quibus mortuis nihil, aut ita parum superest, ut suis impensis humari non possint, exequiæ gratis omnino fiant.

Eleemosyna, quæ Clero ob funus, aut defunctorum officium datur, ne in Ecclesia, cæmeteriove, aut spectante populo, sed, eo remoto, locoque separato, factis exequiis, officiisve, distribuatur.

Ne pactiones de funere, aut de exequiis pro mortuo celebrandis cum defuncti hærede, aut alio, ad quem pertineat, a Parocho, aliove ea conditione fiant, ut certa ceræ pars, quæ exequiarum officiis superérit, ipsi hæredi, aut alteri restituatur.

Ne Parochi, aliive Clerici, neque item exequiarum curatores, aliive quicunque in funere operam ponunt, pignora capiant, quibus sibi caveant de funerali eleemosyna, aut de eorum opere in funere præstito mercede.

Pro crucibus autem, & quæ circa cadaver, aut cænotaphium disponuntur, pro campanis item, lampadibusve, aliove prætextu, aut nomine, nihil præterea capiat, exigatve, nec Capitulum, nec quisquam de Capitulo, nec Rector, nec Sacrista, Custos, aliusve Clericus quicunque, nisi siquid est, quod fabricæ, aut Sacristiæ campanarum nomine dari piæ consuetudinis Ordinarius esse censuerit; idque verè in eum

eum usum cedat. At pro crucibus nihil omnino quovis etiam fabricæ, vel Sacristiæ nomine accipi liceat.

Capitula, Canonici, & alii Ministri quicunque sint Ecclesiarum, ne cænotaphii, quod in officio pro mortuis ex tabulis struitur, nomine quicquam capiant.

Quantum Clericorum usitato nomine dari solet, tantum Custodibus, qui in minoribus ordinibus constituti sunt, detur; si in sacris fuerint, habeant quantum Sacerdotum nomine datur.

Qui verò custos vel crucem prætulerit, vel campanas pulsaverit, tunc ille accipiat, quod eo nomine tantùm dari statutum est.

Ejus generis homines, & alii qui in funus se ingerunt, nec quicquam opere ponunt, nihil omnino consequantur.

Ne Clerici, neve alii quicunque sint, qui aliquam in funere curam ponunt, vestes, indumenta, ornamentave cadaveri adhibita, nisi a sponte offerentibus accipiant, sed gratis, ac sine mora iis, ad quos pertinent, omnia planè restituant.

Pro loco, in quem mortuus infertur, a nemine, ne Sacristiæ quidem, aut fabricæ, Ecclesiæ, aut Confraternitatis alicujus, alteriusve pii usus nomine quicquam prorsus exigatur: piæ tamen, & laudabiles consuetudines servabuntur.

De ritu funerum.

Officium, seu officii exequiarum illa pars, quæ Litanias sequitur, & incipit. Usque in vita, nullo modo omittatur, sed totum omnino absolvatur, etiamsi ex causa corpus tunc sepulturæ non tradatur.

Quod antiquissimi est instituti, illud quantùm fieri poterit retineant Parochi, & alii funerum curatores, ut Missa, præsente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam in

ſepulturam inferatur; cujus quidem celebrandæ locus in officio exequiarum adnotabitur.

Laicum hominem defunctum, quovis etiam generis, gradus, dignitatiſve nomine illuſtrem, ne clerici efferant, ſed laici, qui alicujus confratriæ etiam eſſe poſſunt.

Non liceat laicis hominibus, etiam confratribus, aut alii ſocietati adſcriptis, mortuo, cujus funus agitur, totum officium ſepulturæ præſtare, ſed Sacerdotes, & Clerici eo nomine vocati id totum perfectè expleant: poterunt tamen confratres, ſi Clerici deſint, in cantandis Pſalmis, & Litaniis Sacerdoti reſpondêre.

De ſepultura.

COnſuetudo multis locis intermiſſa mortuos in cœmeteriis ſepeliendi reſtituatur, inde ſubmotis, ſiqui ea uſurparint.

Et ſicui locus ſepulturæ deinceps dabitur in Eccleſia, humi tantùm detur; & ſepulcrum, in quo conditur, opere fornicato, cum reliquo Eccleſiæ pavimento æquatum ſit.

Ne cuiquam ex ulla cujuſvis ordinis Eccleſia mortui cadaver perpetuæ ſepulturæ traditum aſportari liceat, niſi facultate ab Epiſcopo impetrata, eâque litteris nominatim exarata.

Parochus, intra cujus Parochiæ fines aliquis alienæ Parochiæ occiſus eſt, ejus cadaver liberè alio transferri nullo prætextu prohibeat, nihilque ea de cauſa accipiat. Si verò tranſlatio ea cum funere ſit, liberum ei ſit uti jure ſuo.

De funeribus, & exequiis Clericorum.

SAcerdos, aut Clericus defunctus, ubi lotus fuerit, veſtibus quotidianis communibus uſque ad veſtem talarem incluſivè, tum veſtitu Clericali Eccleſiaſtico, quem ordinis ſui ratio depoſcit, indui debet. Sacer-

Sacerdos quidem ſupra talarem veſtem, alba, cingulo, amictu, manipulo, ſtola, & caſula, ſeu planeta albi coloris induitur.

Diaconus alba, cingulo, amictu, manipulo, dalmatica, & ſtola ſuper humerum ſiniſtrum, quæ ſub axilla dextera annectatur.

Subdiaconus verò alba, cingulo, amictu, manipulo, & tunicella.

Alii verò inferiorum ordinum clerici ſuperpelliceo ſupra veſtem talarem, & inſuper tonſura ornari debent.

Itidem alii ſacro veſtitu pro ordinis, dignitatiſque eccleſiaſticæ gradu.

Qui in ſuperiori ordine conſtituti ſunt, inferioris ordinis clericum non deferent; ſed Sacerdotem Sacerdotes; Diaconum Diaconi; Subdiaconum Subdiaconi, & ſic ordine ceteri efferant, niſi neceſſitas aliquando ſuadeat digniores ab inferioris ordinis hominibus efferri.

Epiſcopum verò mortuum ii, qui in Eccleſia Cathedrali dignitates obtinent, & Canonici digniores efferant.

Canonici mortui funus, ejuſve, qui ejuſdem eccleſiæ, in eâve dignitatem obtinebat, capituli ſumptibus a reliquis Canonicis fiat, tum pro ejus animæ ſalute Miſſa conventualis celebretur, & unuſquiſque item Canonicus, miniſterve ejuſdem eccleſiæ, qui ſacerdos ſit, Miſſam itidem pro eo celebret.

Parochi mortui funus univerſi illius regionis, in qua ille habitabat, Præpoſituræve, Plebanatus, aut Archipresbyteratus Parochi obeant, niſi Foraneus illius regionis Vicarius minorem numerum ſtatuendum cenſuerit.

Primo autem poſt ejus obitum die eorum unuſquiſque pro ipſius animæ ſalute Miſſæ ſacrificium faciat. Quòd ſi eo die pro mortuis fieri ex eccleſiæ inſtituto vetitum ſit, alio proximo die, quo interdictum non ſit, omnino fiat.

Pro mortuo rectore decem ad ſummum dierum ſpatio omnes

ejus regionis, aut plebanatus Parochi in ecclesiam conveniant, quæ eis a clericorum regionis Præfecto, aut Vicario Foraneo præscribetur, qua in ecclesia pro eo Missam conventualem solemni ritu celebrent; tum supplicationibus, & precibus Deum piè, sanctèque orent, ut orbato gregi rectorem dare velit juxta cor suum.

Quicunque verò ejusmodi pietatis officia præstiterint, eorum nomine, causâve nihil neque exigant, nec petant.

Is verò, cui vacantis ipsius Parochialis Ecclesiæ administratio commissa est, fideles illius parochiæ incolas sæpe hortetur, ut omni intima animi pietate a Deo rectorem precentur, qui illius Ecclesiæ curationem gerere rectè possit.

Parochus, illius, qui proximè præcessit Parochi, anniversaria stato die, quo ille obiit, celebratione Missæ Parochialis agat, si autem pro festi, solemnisque diei ratione tunc agi non licet, alio die proximè antecedente, quo licebit, pro illius animæ salute piè, religioseque exequatur.

De Officiis Defunctorum.

IN omni Ecclesia Parochiali, vel Collegiata singulis Dominicis anniversaria, quæ in hebdomadam proximè sequentem in ea Ecclesia celebranda erunt, fidelibus denuntientur. Idemque de septimo, & tricesimo, & alio hujusmodi officio præstetur, adhibita brevi cohortatione ad orandum pro mortuis.

Quòd si hujusmodi anniversarii dies in Dominicam, aut aliam diem, quæ Ecclesiæ præcepto, aut consuetudine colatur, incidant, officia mortuorum transferantur, non quidem in sequentem diem, prout in Sanctorum officiis fit, sed in præcedentem, ut antiqui est instituti.

Postquam corpus sepulturæ traditum est, Parochi eos, ad quos pertinet, piè hortabuntur ad sacra divinorum officiorum suffragia mortuis præstanda; qua in re illud caveant, ne quod

quod pietate adducti suadere debent hæredibus mortuorum, id cupiditate impulsi molestiùs flagitent, ac sic fidelibus offensioni sint.

Porrò tempus opportunum ad hujusmodi officia pro defunctis celebranda ecclesiastico ritu introductum est dies tertia, septima, tricesima, & anniversaria: quod non ita intelligendum est, ut aliis diebus pro mortuis sacra officia præstare non liceat; sed quòd his diebus mortuorum commemoratio celebrari consueverit, cujus ritus mysteria a sacris scriptoribus traduntur. Nonam autem diem, quia superstitionibus gentilium non vacat, nunquam Ecclesia Catholica admisit, ut S. Augustinus præcipuè testatur.

Consueverunt etiam alii quadragesimum, alii quinquagesimum, alii sexagesimum, alii denique centesimum diem in defunctorum memoriam celebrare, utpote qui mysteriis non vacent.

Missa defunctorum, corpore præsente, omni die celebrari potest, præterquam in Parasceve, & Paschate, quibus diebus non licet corpus sepulturæ tradere, nec Missam pro eo cantare.

Orationem vespertinam pro mortuis in hac provincia institutam Parochi omnino retineri studeant, ac propterea sæpe accurata cohortatione ad illius studium, usumque perpetuum Parochiales suos inflammare satagant, centum dierum Indulgentiam proponentes iis a Gregorio XIII. concessam, qui sono campanæ moniti pro mortuis piè recitarint Psalmum De profundis, aut Orationem Dominicam, aut Salutationem Angelicam ter dixerint.

Quæ oratio ab omnibus in omni Parochiali Ecclesia eadem hora, nempe Æstate prima hora noctis, Hieme verò secunda hora habeatur. Cujus orationis significatio campanæ sono fiat ritu Salutationis Angelicæ; ita tamen, ut inter primum, & secundum campanæ signum, nec non inter secundum, & tertium tres etiam ictus campanæ distincti brevissimo intervallo dentur.

De

De curando Cadavere.

POstquam anima egressa fuerit de corpore, corpus domi lavari debet, & omnino ita curari, ut quamdiu steterit super terram non feteat. Illud autem monebunt Parochi, ut virorum corpora a viris, mulierum autem a mulieribus curentur: vestiatur deinde vestibus communibus.

Tum qui aderunt Sacerdotes, aut ipsis absentibus, laici dicent Orationes, Deus cui omnia vivunt, &c. aliam item, Deus qui animarum &c. suo loco dispositas.

Collocabunt deinde corpus sic indutum vel super mensam aliquam, vel in terra loco decenti super aliquod stragulum, aut tapete, & ad pedes, caputve semper candelam accensam habebunt; parva item aliqua Crux super pectus, & inter manus defuncti ponatur, aut ubi Crux desit, manus in modum crucis componantur.

Sæpe etiam aspergatur corpus aqua benedicta.

Quibus non liceat concedere Ecclesiasticam sepulturam.

STudeat Parochus cognoscere, quibus sepulturam Ecclesiasticam concedere non liceat, caveatque, ne aliquem, contra quam sacrorum Canonum jure statuitur, ad illam admittat, qua de re hæc illi ex sacris Doctrinis deprompta sunt.

Negatur Ecclesiastica sepultura Paganis, Judæis, & Hæreticis, cum eorum fautoribus; itemque Apostatis a christiana fide, & Schismaticis.

Excommunicatis majore excommunicatione etiam injustè, qui in eorum obitu ab ea non fuerint absoluti.

Interdictis nominatim; & contrafacienti proposita est pœna excommunicationis; & durante tempore interdicti, illis qui

qui sunt de loco interdicto; atque iis, quibus est interdictus ingressus Ecclesiæ.

Blasphemis manifestis Dei, & Sanctorum, quando pœnitentiam contemnunt.

Se ipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam, si decedant absque pœnitentia: secus si ex furore, vel insania.

Morientibus in torneamento, sive extra torneamentum ob vulnus in eo receptum, etiamsi eos pœniteat; modò sint de numero eorum, qui in eo dimicabant, vel in eo se exercentibus arma suppeditabant; nam astantes non comprehenduntur; extenditur tamen hæc pœna ad morientes in hastiludiis, quando hujusmodi ludi itidem exercentur cum probabili periculo mortis.

Corporibus exenteratis, & dilaceratis contra constit. Bonif. viii., quod non procedit, si id non fiat propter vindictam, sed vel ob anotomiam, vel ne corpora feteant, vel hujusmodi.

Infantibus mortuis absque Baptismo, si de ventre matris mortuæ sunt extracti; secus si non sunt extracti.

Manifestis raptoribus, & violatoribus Ecclesiarum, si tamen hos pœnitet, quando moriuntur, Ecclesiastica conceditur sepultura: sed Clerici non debent eorum sepulturæ interesse, nec eorum eleemosynas accipere, si præter pœnitentiam, etiam non satisfecerint ex impotentia.

Manifestis usurariis, nisi pœniteant; item si recusent præstare cautionem de facienda restitutione; & est excommunicatus, qui aliter eos in loco sacro sepelit.

Religiosis, qui in eorum obitu inventi sunt proprietarii, & absque pœnitentia obierunt.

Iis de quibus certum est, & manifestum, quòd semel in anno non receperunt Sacramentum Pœnitentiæ, vel Sanctissimæ Eucharistiæ in Pascha sine licentia Confessarii, & absque ullo signo contritionis obierunt. Si verò dubium

est,

est, vel occultum quòd non receperint ea Sacramenta, non debet eis denegari ecclesiastica sepultura. Ad probandum autem, quòd hujusmodi homines aliquod signum contritionis dederint, sufficit unus testis; & hæredes tenentur pro eo satisfacere, ut opus est.

Cuilibet notorio peccatori morienti in peccato mortali absque ullo signo contritionis: & unus tantúm testis sufficit ad contritionem probandam, ut supra.

Siquis autem prædictorum in loco sacro fuerit sepultus; si discerni potest, exhumandus est; aliàs non; & Ecclesia, vel Cœmeterium est reconciliandum.



ORDO

ORDO AD SEPELIENDOS


Defunctos Sæculares.

DEfuncti corpore utſupra curato, per aliquod temporis ſpatium, antequam ad Eccleſiam deferatur, debet campana pulſari pro ritu regionis.


Tum congregato Clero in Eccleſia Parochiali, ſeu alia viciniore, ad domum defuncti procedetur ordine proceſſionis, prælata cruce, & aſperſorio cum aqua benedicta in vaſculo. Quò cum perventum fuerit, accenſis luminibus, Parochus, ſeu alius, ad quem id ſpectat, ſtola nigra indutus, ſtans ad pedes defuncti verſus ad illum dicit alta voce, ſed gravi: & advertat, ut genus in pronuntiando ſemper mutet, ſi corpus ſepeliendum femina fuerit, ut in rubricis dictum eſt.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

QUæſumus Domine famulo tuo, cujus diem primum obitus commemoramus, ſanctorum tuorum largîre conſortium: & rorem miſericordiæ tuæ perennis infunde. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Aña dupla.





Tu juſſiſ ti naſci me Domi ne, re pro mi ſiſ ti,




ut re ſur gerem. Juſſi one tu a veni o ſanctiſ ſi-

 me:








Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni inſurrexêrunt ſuper me: & fortes quæſiêrunt animam meam.
Non propoſuêrunt Deum ante conſpectum ſuum, ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
Averte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.
Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitêbor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.
Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos reſpexit oculus meus.
Antiphona: Tu juſſiſti. ut ſupra.
Interim dum Pſalmus dicitur, Parochus aſpergit corpus defuncti, deinde cubiculum, in quo obiit, ſi commodè id fieri poſſit, poſtea dicit:
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.
ABſolve Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in reſurrectionis gloria inter ſanctos, & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Dominum noſtrum Jeſum Chri-


Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.


℣. Requiem æternam dona ei Dñe. Dum Parochus hunc verſiculum dicit ſignum Crucis ſupra Cadaver manu dextera producit; idemque ſervatur, quotieſcunque hic verſiculus dicitur, ſemper enim producitur dextera ſignum Crucis ſupra Cadaver, ſeu Feretrum, vel locum paratum, aut ſepulcrum. **℟. Et lux perpetua luceat ei.**

℣. Anima iſtius, & animæ omnium fidelium defunctorum per Dei miſericordiam requieſcant in pace. ℟. Amen.

His in domo defuncti peractis, ordinatur proceſſio ad Eccleſiam hoc ordine. Præcedit crux, ſequuntur Confratriæ cum habitu, ſi defunctus alicujus Confraternitatis fuerit: tum Clerus regularis; deinde ſæcularis ordine cum luminibus accenſis, ubi illa dantur, poſt clerum defertur corpus a quatuor, vel pluribus laicis, aut confratribus, ſi alicujus fuerit confraternitatis, & interim canuntur ſequentes Antiphonæ.











de ſcenden tibus in la cum.




De ter ra crea ſti me: carnem in du i-




ſti me: redẽptor meus Chri ſte, re ſu ſci-



ta me in no viſ ſi mo di e.




Dex te ra tu a Domine ſu ſcepit me, & di ſci-



pli na tu a ip ſa me do cu it.


Cum




C um Chriſtus appa ru erit vi ta



noſtra, tunc appare bis cũ e o in glori a.




D o mi ne Do mi ne quãdo ve ne ro in ju di ci-



um tu um: a ni mã in car ne conſti tutam





pol lu i: pri uſ quam diſ cu ti as me,





mi ſe rê re me i.

Do-









Si via longior fuerit, suprascriptæ Antiphonæ repetantur quoties opus fuerit, vel dicantur Psalmi de Vesperis, aut nocturnis Defunctorum.

In Ecclesia collocato defuncti corpore, ita ut pedes sint versùs orientem, seu Altare majus, vel illud Altare, ante quod cadaver erit compositum, & Clero corpus circumstante, cruce autem ad caput defuncti collocata, legitur sequens passio in parte sinistra defuncti per Diaconum si sit, alioquin per Sacerdotem.

Matt. c. 25. PRima die Azymôrum accessêrunt discipuli ad Jesum dicentes: Ubi vis parêmus tibi comedere Pascha? At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis


ſcipulis meis. Et fecêrunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus, & paravêrunt Paſcha. Veſpere autem facto, diſcumbêbat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia unus veſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati valde, cœpêrunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine? At ipſe reſpondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo; væ autem homini illi, per quem filius hominis tradêtur. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum in regno patris mei. Et hymno dicto, exiêrunt in montem Olivêti. Tunc dicit illis Jeſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præcêdam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi Jeſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixêrunt. Tunc venit Jeſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani; & dixit diſcipulis ſuis: Sedete hìc donec vadam illuc, & orem. Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari, & mæſtus eſſe. Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: Suſtinête hìc, & vigilate mecum. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos

los

los suos, & invênit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transîre nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & invênit eos dormientes; erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormîte jam, & requiescite, ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradêtur in manus peccatorum. Surgite eamus; ecce appropinquavit qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fustibus, missi a Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenête eum. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi; & osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accessêrunt, & manus injecêrunt in Jesum, & tenuêrunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exêmit gladium suum, & percutiens servum Principis Sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum; omnes enim, qui acceperint gladium, gladio perîbunt. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibêbit mihi modò plusquam duodecim legiônes Angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Jesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedêbam docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugêrunt. At illi tenentes Jesum, duxêrunt ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi Scribæ, & Seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum a longè usque in atrium Principis Sacerdotum; & ingressus intrò sedebat cum ministris, ut vidêret finem. Princi-

pes

pes autem Sacerdotum, & omne consilium quærêbant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent; & non invenêrunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissimè autem venêrunt duo falsi testes, & dixêrunt: Hic dixit, possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens Princeps Sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversùm te testificantur? Jesus autem tacêbat. Et Princeps Sacerdotum ait illi: Adjûro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus Filius Dei. Dicit illi Jesus: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemavit, quid adhuc egêmus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixêrunt: Reus est mortis. Tunc expuêrunt in faciem ejus, & colaphis eum cæcidêrunt, alii autem palmas in faciem ejus dedêrunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Petrus verò sedêbat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla dicens: Et tu cum Jesu Galilæo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterum negavit cum juramento, quia non novi hominem. Et post pusillum accessêrunt, qui stabant, & dixêrunt Petro: Verè & tu ex illis es; nam & loquêla tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari, & jurare, quia non novisset hominem. Et continuò gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras flevit amarè.



R. emit te mihi , ut re fri gerer

D do-




do mi ne, Pri uſquam ve ni am




an te tuum ju di ci um.



℣. Ad te domi ne le va vi a nimam me-



am, Deus me us in te con fi do



non e ru beſcam. Pri uſ


Incepto Reſponſorio, Sacerdos accipit aſperſorium de manu Miniſtri, & aſpergit corpus defuncti. Quod ſi funus ſolemniùs celebretur, dum cantatur Reſponſorium, Sacerdos imponit incenſum in turibulum ſinè benedictione, miniſtrante Diacono naviculam: Tum accepto aſpergillo de manu Diaconi, & facta Cruci reverentia, circuit loculum, incipiens a parte dextra

dextra defuncti, ter aspergens a quolibet latere, dextro scilicet, & sinistro cadaver.. Dum transit per medium, caput inclinat Altari, vel genuflectit, si adsit Sanctissimum Sacramentum, & postquam ad suum locum pervenit, iterum Cruci reverentiâ facit: Quæ item præstantur a Diacono post ipsum incensante. Deinde per majorem Sacerdotem dicitur sequens Oratio recta.


℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.


Obsecramus misericordiam tuam æterne omnipotens Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es, ut spiritum, & animam famuli tui, quem hodierna die rebus humanis eximi, & ad te accersîri jussisti, blandè, & misericorditer suscipias. Non ei dominentur umbræ mortis; nec tegat eum chaos, & calìgo tenebrârum; sed exûtus omnium criminum labe, in sinu Abrahæ Patriarchæ collocatus, locum lucis, & refrigerii se adeptum esse gaudeat. Et cum dies judicii advenerit, cum sanctis, & electis tuis eum resuscitâri jubeas: Præstante Domino nostro Jesu Christo, cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.




Re laxentur vin cu la pec ca torum me-




o rum, Dum se de ris in ju di ci o



De us. ℣. Usquequâque la va me ab in-







Incepto Reſponſorio, iterùm aſpergitur corpus defuncti, & incenſatur, utſupra.


Deinde Diaconus, vel Sacerdos, utſupra, legit Evangelium ſecundum Joannem.

IN illo tempore. Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis, & turbis Judæorum: Omne, quod dat mihi pater ad me veniet, & eum, qui venit ad me non ejiciam foras. Quia deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me. Hæc eſt enim voluntas ejus, qui miſit me, patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die. Hæc eſt autem voluntas patris mei, qui miſit me, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.





æter-



Finito responsorio, dicuntur Litaniæ flexis genibus, ut infra.

Domine miserêre. ℟. Domine miserêre.
Domine miserêre. ℟. Domine miserêre.
Domine miserêre. ℟. Domine miserêre.
Christe libera nos. ℟. Salvator libera nos.
Christe libera nos. ℟. Salvator libera nos.
Christe libera nos. ℟. Salvator libera nos.
Sancta Maria, intercede pro eo
Sancte Michael. interc.
Sancte Gabriel. interc.
Sancte Raphael. interc.
Sancte Joannes. interc.
Sancte Petre. interc.
Sancte Paule. interc.
Sancte Andrea. interc.
Sancte Stephane. interc.
Sancte Laurenti. interc.
Sancte Vincenti. interc.
Sancte Nazari. interc.
Sancte Celse. interc.
Sancte Protasi. interc.
Sancte Gervasi. interc.
Sancte Georgi. interc.
Sancte Sebastiane. interc.
Sancta Thecla. interc.
Sancta Catharina. interc.
Sancta Lucia. interc.
Sancta Apollonia. interc.
Sancta Agnes. interc.
Sancta Euphemia. interc.
Sancta Cecilia. interc.
Sancta Ursula. interc.
Sancta Martha. interc.
Sancta Maria Magdal. interc.
Sancte Dionysi. interc.
Sancte Simpliciane. interc.
Sancte Eustorgi. interc.
Sancte Gregori. interc.
Sancte Augustine. interc.
Sancte Hieronyme. interc.
Sancte Antoni. interc.
Sancte Martine. interc.
Sancte Galdine. interc.
Sancte Carole. interc.
Sancte Ambrosi. interc.
Omnes Sancti, intercedite pro eo.

Exaudi

Exaudi Christe. ℟. Voces nostras.

Exaudi Christe. ℟. Voces nostras.

Exaudi Christe. ℟. Voces nostras.

Exaudi Deus. ℟. Et mis. nobis.

Exaudi Deus. ℟. Et mis. nobis.

Exaudi Deus. ℟. Et mis. nobis.

Kyrie eleison. ℟. Kyr. eleison.


Kyrie eleison. ℟. Kyr. eleison.

Kyrie eleison. ℟. Kyr. eleison.

Finitis Litaniis, si commodè id fieri possit, Missa pro mortuis canitur, qua cantata, aut si ea non dicatur, defertur corpus, ordine processionis servato, ad sepulturam, cantando Antiphonas sequentes, quæ Antiphonæ, & cetera, quæ sequuntur, nunquam omittuntur, etiamsi tunc corpus ex causa ad sepeliendum non sit. Quòd si Missa pro mortuis statim post Litanias canatur, tunc iisdem Litaniis absolutis, dicitur


℣. Requiem æternam &c.
℟. Et lux perpetua &c.
℣. Anima istius &c.







Me-




Me morâ re Do mine, quæ ſit me a




ſubſtan ti a: quis eſt homo, qui vi vit, & non



vi dê bit mortem?



Ad hæ ſit pa vimen to a ni ma me a,




vi vi fi ca me Domi ne ſe cundùm verbum tuum.




Por ti o me a in ter ra vi ven tium, me ex-


pectant


pectant ju sti, donec re tri bu as mi hi.


V i de Do mi ne hu mi li ta tem me am, & di-



mit te om ni a pec ca ta me a.


T u juf si sti nasci me Domi ne, & promi si sti,



ut re sur gerem: jussi ô ne tu a ve ni o sanctis-


si me, ne de relinquas me, qui a pi us es.

C redo




C redo, quòd Do minus non me de re linquet,




nec condem na bit me, cum ve ne rit ad ju di-




candum, ſed mi ſe re bi tur me i redemptor me-



us pi us De us.



E t enim pau ci fu ê runt di es me i,




da mi hi re qui em cum Sanctis tu is Do mi ne.


Tunc sepeliendũ est corpus defuncti, cantando Añ im sequentẽ.



Su sci pi at te Chri stus, qui vo ca-




vit te, & in si nu A bra hæ



an ge li de dũ cant te.



Hæc re qui es me a in sæ cu lum sæ-




cu li, hìc ha bi ta bo, quo ni am præ-




e lê gi e am.


D.-



Do minus mor ti fi cat, & vi vi fi-




cat, de dû cit ad in fe ros, &




re dû cit.

Collocato corpore in ſepulcro ita, ut ſupinum jaceat, pedibus ad orientem, ſeu ad altare verſis, Sacerdos aſpergit aqua benedicta corpus, & ſepulcrum, & Diaconus ſimiliter incenſat, interim canuntur verſus ſequentes. Antiphona.




Dominus cuſto di at te. Pſ. Le va vi o culos me-



os ad montes: un de ve ni et au xi li um mihi.

Auxilium meum a Domino: qui fecit cælum, & terram.
Non det in commotiônem pedem tuum: neque dormiet qui custodit te.
Ecce non dormitâbit neque dormiet: qui custodit Israel.
Dominus custodiat te, Dominus protectio tua: super manum dexteræ tuæ.
Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.
Dominus custodiat te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.
Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & usque in sæculum.
Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit.
Domini est terra, & plenitûdo ejus: orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.
Ad te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.
In te Domine speravi: non confundar in æternum.
In tua justitia libera me: & eripe me.
Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.
Gaudete justi in Domino: rectos decet collaudatio.
Beatus qui intelligit super egênum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.
Miserêre mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.
Et secundùm multitudinem miseratiônum tuarum: dele iniquitatem meam.
Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Deus in nomine tuo salvum me fac: & in virtute tua libera me.
Miserêre mei Deus, miserêre mei: quoniam in te confidit anima mea.
Deus

Deus misereatur nobis, & benedicat nos: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nobis.
Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festîna.
Deus in te speravi, Domine: non confundar in æternum.
In tua justitia libera me: & eripe me.
Inclîna Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam egênus, & pauper sum ego.
Custôdi animam meam quoniam sanctus es: salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te.
Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perveniat.
De profundis clamavi ad te, Dñe: Dñe exaudi vocem meam.
Eripe me Domine ab homine malo: & a viro inîquo libera me.
Domine clamavi ad te exaudi me: intende voci orationis meæ, dum clamavero ad te.
Domine exaudi orationem meam: auribus percipe deprecationem meam in veritate tua.
Aperîte mihi portas justitiæ: & ingressus in eas confitêbor Dño.
Hæc porta Domini: justi ingredientur per eam.
In pace in idipsum: obdormiam & requiescam.
Fiat Domine misericordia tua super nos: sicut speravimus in te.
Omne quod dat mihi pater ad me veniet: & ego resuscitabo eum in novissimo die. Antiphona.





℟. Do-

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui, ut defunctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem mundanæ converſatiônis peccata admîſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Anima iſtius, & animæ omnium fidelium defunctorum per Dei miſericordiam requieſcant in pace. ℟. Amen.



ORDO

ORDO AD SEPELIENDUM SACERDOTEM, VEL CLERICUM.

SAcerdote defuncto, statim debent Campanæ pulsari illius scilicet, cui adscriptus est, Ecclesiæ, adinstar salutationis angelicæ; tum signum dari per aliquod temporis spatium: clerico autem in minoribus ordinibus constituto, una tantùm campana pulsari debet, ut supra: tum curato cadavere, & sacris vestibus ordini convenientibus induto, ut in instructionibus, per aliquod temporis spatium, antequam ad Ecclesiam deferatur, debent omnes campanæ pulsari adinstar salutationis angelicæ: tum ictibus de more interpolatis, duæ tantùm pulsentur.

Congregato clero in domo defuncti ordine ut supra, dignior Sacerdos stola nigra indutus: & si defunctus sit Sacerdos in aliqua dignitate ecclesiastica constitutus, aut funus solemnius ducendũ sit; supra stolam pluviali nigro etiam vestitus, stans ad pedes cadaveris versus ad illud dicit alta voce, sed gravi.

℣. **Dominus vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.** Oratio.

SUscipe Domine animam famuli tui N. **Sacerdotis,** vel **Clerici, quam de ergastulo hujus sæculi vocare dignatus es, & libera eam de locis pœnarum, ut quietis, & lucis æternæ beatitudine perfruatur, & inter sanctos, & electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Dominum nostrum, &c.** ℟. **Amen.**

Aña dupla. **Tu jussisti nasci me Domine, repromisisti ut resurgerem. Jussione tua venio sanctissime: ne derelinquas me quia pius es.** Cum suo cantu **fol. 17.** Ps. 53.

DEus in nomine tuo salvum me fac: & in virtute tua libera me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexêrunt super me: & fortes quæsiêrunt animam meam. Non

N on proposuêrunt Deum ante conspectum suum, ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.

A verte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

V oluntariè sacrificabo tibi: & confitêbor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Q uoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos respexit oculus meus.

Interim dum cantatur psalmus, Sacerdos aspergit corpus defuncti: tum repetita antiphona, dicit orationem sequentem.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. *Oratio.*

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui *N.* Sacerdotis, *vel* Clerici, ut defunctus sæculo tibi vivat, & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum, &c.

℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Anima istius Sacerdotis, *vel* Clerici, & animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. ℟. Amen.

His peractis ordinatur processio ut sup. fol. 19. *& dum proceditur ad Ecclesiam cantantur sequentes antiphonæ.*

Aña 1. Exaltabo te Dñe, quoniam suscepisti me: educ de inferno animam meam: salva me Dñe a descendentibus in lacum.

Aña 2. De terra creasti me, carnem induisti me, redemptor meus Christe resuscita me in novissimo die.

Aña 3 Dextera tua Domine suscepit me, & disciplina tua ipsa me docuit.


Aña 4 Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc apparebis cum eo in gloria.

Aña 5. Domine Domine, quando venero in judicium tuum: animam in carne constitutam pollui: priusquam discutias me, miserêre mei.


Aña 6. Domine mitte angelum tuum protectorem meum, qui me suscitet de terræ pulvere, ut possim occurrere ad resurrectionem cum sanctis tuis. In.

In Ecclesia, collocato defuncti corpore, ita ut pedes sint versus orientem, seu Altare majus &c. ut supra pag. 22. Clero corpus circumastante cum candelis accensis, legitur sequens passio S. Matthæi per Diaconum diaconalibus vestibus nigris indutum, si dignior Sacerdos fuerit cum pluviali.


Prima die azymorum, ut supra **fol. 22.** Responsorium.




℟. Non ti mêbis a ni ma, qui a Chri-



stus passus est. * Per cu jus pas si o-



nem nos redemp ti su



mus. ℣. Do minus custo di at te ab



om ni ma lo, cu sto di at



Dum cantatur responsorium, Sacerdos imponit incensum in Turibulum sine benedictione, ministrante Diacono naviculam; Deinde accepto aspergillo de manu Diaconi, & facta Cruci reverentia, circuit loculum incipiens à parte dextra defuncti, & ter aspergit a quolibet latere dextro scilicet, & sinistro: Dum transit per medium, caput inclinat Altari, vel genuflectit si adsit Sanctissimum Sacramentum, & postquam ad suum locum pervenit, iterum Cruci reverentiam facit: Quæ item præstantur a Diacono post ipsum incensante.

Cantato responsorio, si defunctus fuerit Episcopus, Sacerdos, vel Diaconus, legitur reliquum passionis S. Matthæi, cum responsorio, antiphona, & psalmo, ut infra. Si verò defunctus sit Subdiaconus, vel Clericus inferior, ista omittuntur, & subduntur illa quæ infra notantur, pag. 57. ubi de ordine ad sepeliendum Subdiaconum, vel Clericum inferiorem.

Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes Sacerdôtum, & Seniores populi adversùs Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxêrunt eum, & tradidêrunt Pontio Pilato Præsidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus, dicens: Peccavi tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixêrunt: Non licet eos mittere in Corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emêrunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

Tunc

Tunc implêtum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem: Et accepêrunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Iſrael, & dedêrunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus. Jeſus autem ſtetit ante Præſidem, & interrogavit eum Præſes, dicens: Tu es rex Judeorum? Dicit illi Jeſus: Tu dicis. Et cum accuſarêtur a Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversùm te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad ullum verbum, ita ut mirarêtur Præſes vehementer. Per diem autem ſolemnem conſueverat Præſes populo dimittere unum vinctum, quem voluiſſent. Habêbat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jeſum, qui dicitur Chriſtus? Sciêbat enim, quòd per invidiam tradidiſſent eum. Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & juſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Principes autem Sacerdotum, & Seniôres perſuasêrunt populis, ut peterent Barabbam, Jeſum verò perderent. Reſpondens autem Præſes, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixêrunt, Barabbam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis Præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram populo dicens: Innocens ego ſum a ſanguine juſti hujus. Vos videritis. Et reſpondens univerſus populus, dixit: Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabbam: Jeſum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigerêtur. Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Jeſum in prætorium congregavêrunt ad eum univerſam cohortem; & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdedêrunt ei; & plectentes corônam de ſpinis poſuêrunt ſuper caput ejus, & arundinem in

dextera ejus. Et genuflexo ante eum, illudêbant ei dicentes: Ave Rex Judæorum. Et expuentes in eum, accepêrunt arundinem, & percutiêbant caput ejus. Et postquam illusêrunt ei, exuêrunt eum chlamyde, & induêrunt eum vestimentis ejus, & duxêrunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem invenêrunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariavêrunt ut tolleret crucem ejus. Et venêrunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est, Calvariæ locus. Et dedêrunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixêrunt eum, divisêrunt vestimenta ejus, sortem mittentes; ut implerêtur, quod dictum est per prophetam dicentem: Divisêrunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam misêrunt sortem. Et sedentes servabant eum. Et imposuêrunt super caput ejus causam ipsius scriptam: HIC EST JESUS REX JUDÆORUM. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus a dextris, & unus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas: salva temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant: Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet nunc eum si vult: dixit enim, quia filius Dei sum. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens: Eli, Eli, lammasabacthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste. Et continuò currens unus ex eis acceptam spongiam implêvit acêto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Ceteri verò dicêbant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Jesus autem iterum clamans voce magna emîsit spiritum.

Et

Et ecce velum Templi ſciſsum eſt in duas partes, a ſummo uſque deorſum; & terra mota eſt, & petræ ſciſsæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexêrunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus, venêrunt in ſanctam civitatem, & apparuêrunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant cuſtodientes Jeſum, viſo terræmôtu, & his, quæ fiebant, timuêrunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multæ a longè, quæ ſecutæ erant Jeſum a Galilæa miniſtrantes ei. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Reſponſorium.

℟. De ſi de ri um me um omni po tens

au di. * Et tri bu e mi

hi au di tô rem,

qui æqui ta tem pro pô nat contra me, ut

E xter factus sum fratribus meis: & hospes filiis matris meæ.
Q uoniam zelus domus tuæ comêdit me: & opprobria exprobrantium tibi cecidêrunt super me.
E t operui in jejunio animam meam: & factum est mihi in opprobrium.
P osui vestimentum meum cilicium: et factus sum illis in parabolam.
A dversùm me exercebantur, qui sedêbant in porta: & in me psallêbant, qui bibêbant vinum.
E go verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deo.
I n multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: in veritate salûtis tuæ.
S alva me a luto, ut non inhæream: libera me ex odientibus me, & de profundo aquarum.
N on me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.
E xaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.
N e avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me.
I ntende animæ meæ, & libera eam: propter inimîcos meos eripe me.
T u enim scis improperium meum: & confusionem meam, & verecundiam meam.
I n conspectu tuo sunt omnes tribulantes me: improperium expectavit anima mea, & miseriam.
E t sustinui qui simul contristarêtur, & non fuit: & consolantem me, & non invêni.
E t dedêrunt in escam meam fel: & in siti mea potavêrunt me aceto.
F iat mensa eorum coram ipsis in laqueum: & in retributionem, & in scandalum.
O bscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum ipsorum semper incurva.

E ffunde

Effunde ſuper eos iram tuam: & indignatio iræ tuæ apprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet.

Quoniam quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addidêrunt ipſi.

Appône iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum: & non intrent in tuam juſtitiam.

Deleantur de libro viventium: & cum juſtis non ſcribantur.

Pauper, & dolens ego ſum: & ſalus tua Deus ſuſcêpit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Et placêbit Deo ſuper vitulum novellum: cornua producentem, & ungulas.

Videant pauperes, & lætentur: quærite Deum, & vivet anima veſtra.

Quoniam exaudîvit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non annullavit.

Laudent eum cæli, & terra: mare, & omnia quæ in eis ſunt.

Quoniam Deus ſalvam faciet Sion: & ædificabuntur civitates Judæ.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditabunt eam, & ſemen ſervorum ejus poſſidêbit eam: & qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea.

Repetitur Antiphona **Exter factus ſum,** ut ſupra. Si defunctus fuerit Subdiaconus, vel Clericus inferior vide infra **pag. 57.** Aña cantata, Sacerdos ſtatim dicit.


℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.


Oratio.


OBſecramus miſericordiam tuam æterne omnipotens Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es, ut ſpiritum, & animam famuli tui N. Sacerdotis, vel Clerici, quem hodierna die rebus humanis eximi, & ad te accersîri juſſiſti, blandè, & miſericorditer ſuſcipias. Non ei dominentur umbræ mortis, nec tegat eum chaos, & caligo tenebrarum: ſed exûtus omnium criminum labe, in ſinu Abrahæ


Patriarchæ collocatus, locum lucis, & refrigerii ſe adeptum eſſe gaudeat. Et cum dies judicii advenerit, cum ſanctis, & electis tuis eum reſuſcitari jubeas. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Reſponſorium.













℣. O



℣. O vos om nes, qui tran ſi tis per vi am, a ſpi ci-




te, & vi dê te. * Si eſt.

Dum cantatur reſponſorium rurſus cadaver aſpergitur, & incenſatur, ut ſupra, quo finito, Diaconus cantat ſequens Evangelium ſecundùm Joannem.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judæorum: Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me non ejiciam foras. Quia deſcendi de Cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me. Hæc eſt enim voluntas ejus, qui miſit me patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die. Hæc eſt autem voluntas patris mei, qui miſit me, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

Reſponſorium.



Qui ſu ſci ta ſti La za rum qua tri du-





a num fœ tidum, * Tu do na e i











Finito Responsorio, dicuntur Litaniæ sequentes flexis genibus, duobus cantoribus in medio ad pedes defuncti versùs altare majus præintonantibus.

Domine miserere. ℟. Domine miserere.

Domine miserere. ℟. Domine miserere.

Domine miserere. ℟. Domine miserere.

Christe libera nos. ℟. Salvator libera nos. Chri

Christe libera nos. ℟. Salvator libera nos.	Sancta Ursula. interc.
Christe libera nos. ℟. Salvator libera nos.	Sancta Martha. interc.
Sancta Maria. intercede pro eo.	Sancta Maria Magdal. interc.
Sancte Michael. interc.	Sancte Dionysi. interc.
Sancte Gabriel. interc.	Sancte Simpliciane. interc.
Sancte Raphael. interc.	Sancte Eustorgi. interc.
Sancte Joannes. interc.	Sancte Gregori. interc.
Sancte Petre. interc.	Sancte Augustine. interc.
Sancte Paule. interc.	Sancte Hieronyme. interc.
Sancte Andrea. interc.	Sancte Antoni. interc.
Sancte Stephane. interc.	Sancte Martine. interc.
Sancte Laurenti. interc.	Sancte Galdine. interc.
Sancte Vincenti. interc.	Sancte Carole. interc.
Sancte Nazari. interc.	Sancte Ambrosi. interc.
Sancte Celse. interc.	Omnes Sancti. intercedite pro eo.
Sancte Protasi. interc.	Exaudi Christe. ℟. Voces nostras.
Sancte Gervasi. interc.	Exaudi Christe. ℟. Voces nostras.
Sancte Georgi. interc.	Exaudi Christe. ℟. Voces nostras.
Sancte Sebastiane. interc.	Exaudi Deus. ℟. Et mis. nobis.
Sancta Thecla. interc.	Exaudi Deus. ℟. Et mis. nobis.
Sancta Catharina. interc.	Exaudi Deus. ℟. Et mis. nobis.
Sancta Lucia. interc.	Kyrie eleison. ℟. Kyr. eleison.
Sancta Apollonia. interc.	Kyrie eleison. ℟. Kyr. eleison.
Sancta Agnes. interc.	Kyrie eleison. ℟. Kyr. eleison.
Sancta Euphemia. interc.	
Sancta Cecilia. interc.	

Finitis Litaniis, si commode fieri potest, Missa ritu pro defunctis usitato canitur; qua cantata, celebrans, deposita casula, & manipulo, induit pluviale nigrum, & peragit officium sepulturæ ut infra. Quòd si Missa non cantatur, dictis Litaniis, cadaver defertur ad sepulturam ordine processionis servato, cantando antiphonas sequentes. Si autem Missa ritu pro Defunctis usitato statim post Litanias canatur, tunc, iisdem Litaniis absolutis, dicitur; ℣. Re-

℣. Requiem æternam &c. ℟. Et lux perpetua &c.

℣. Anima iſtius &c.

Antiphona 1 Uſque in vita mea laudavi te Domine, da requiem mihi cum ſanctis tuis in regione vivorum, & ſalva me.

Antiphona 2. Memorare Domine quæ ſit mea ſubſtantia, quis eſt homo, qui vivit, & non videbit mortem?

Antiphona 3. Adhæſit pavimento anima mea, vivifica me Domine ſecundùm verbum tuum.

Antiphona 4. Portio mea in terra viventium, me expectant juſti donec retribuas mihi.

Antiphona 5. Vide Domine humilitatem meam, & dimitte omnia peccata mea.

Antiph. 6. Tu juſſiſti naſci me Dñe, & promiſiſti ut reſurgerem: juſſione tua venio ſanctiſſime; ne derelinquas me, quia pius es.


Antiphona 7. Credo quòd Dominus non me derelinquet, nec condemnabit me cùm venerit ad judicandum; ſed miſerebitur mei redemptor meus pius Deus.

Antiphona 8. Etenim pauci fuerunt dies mei, da mihi requiem cum ſanctis tuis Domine.

Quibus finitis, ſi defunctus fuerit Epiſcopus, Sacerdos, vel Diaconus, additur etiam ſequens antiphona. **In Paradiſum &c.** Si verò fuerit Subdiaconus, vel Clericus inferior, tunc cantata Antiph. **Etenim pauci &c.** ſtatim canitur Antiph. **Suſcipiat te Chriſtus &c.**, omiſſa Antiph. ſequenti **In Paradiſum &c.**



In pa ra di ſum dedûcant te an ge li, & cum gaudi o




ſu ſcipi ant te ſancti martyres De i.

Tu



Tu es Do mi ne pro te ctor me us, in



ma nus tu as Do mi ne commendo ſpi ri tum me um.

Qua antiphona cantata, cadaver ſepelitur cantando antiphonas ſequentes ut ſupra **fol. 34.**

Antiph. 1. **Suſcipiat te Chriſtus qui vocavit te, & in ſinum Abrahæ angeli dedûcant te.**


Antiph. 2. **Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam præelêgi eam.**

Ant. 3. **Dñs mortificat & vivificat, dedûcit ad inferos, & redûcit.**

Collocato cadavere in ſepulcro, ita ut ſupinum jaceat, manibus in modum crucis ſuper pectus, & pedibus ad orientem, ſeu ad altare versùs poſitis: Sacerdos poſito priùs in thuribulo incenſo, ut ſupra, aqua benedicta ter cadaver, & ſepulcrum aſpergit; & Diaconus ſimiliter incenſat: interim antiphona, & pſalmus ſequens cantatur. Antiph.



Dominus cuſto di at te. Pſ. **Le va vi o culos me-**



os ad mon tes: un de ve niet au xi li um mihi.

Auxi-

Auxilium meum a Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiônem pedem tuum: neque dormiet qui custôdit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custôdit Israel.

Dominus custodiat te, Dominus protectio tua: super manum dexteræ tuæ.


Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodiat te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & usque in sæculum. Antiphona.



Dominus custo di at te ab om ni ma lo:



cu sto di at animam tuam Do minus.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui, N. Sacerdotis, vel Clerici, ut defunctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata admisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dñm nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit, &c. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Anima istius Sacerdotis, vel Clerici, & animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. ℟. Amen.


Si defunctus fuerit Episcopus, fit idem officium, quod de Sacerdote: mutato tantùm nomine Sacerdotis, in Pontificis.

ORDO


ORDO
AD SEPELIENDUM
DEFUNCTUM SUBDIACONUM,
VEL CLERICUM INFERIOREM.

ORdo ad ſepeliendum Defunctum Subdiaconum, vel Clericum inferiorem idem eſt, ac ordo ad ſepeliendum Sacerdotem ſupra deſcriptus; excepto quòd, cantato Reſponſorio: **Non timēbis anima &c.** omittitur reliquum Paſſionis S. Matthæi, cujus initium eſt: **Mane autem facto &c.**, cum ℟. **Deſiderium &c.** Aña: **Exter factus ſum &c.**, & Pſalmo: **Salva me Deus &c.** ſed ſtatim poſt dictum ℟. **Non timebis &c.** canitur Antiphona, & Pſalmus ſequens.


Antiphona dupla.




Redemptor me us vi vit, & in no viſ ſi mo



me re no va bit.



℣. Re no va buntur de nu o oſ ſa me a,



Psalmus 50.

MIserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Et multùm lava me ab injustitia mea: & a delicto meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego agnosco: & delictum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificêris in sermonibus tuis, & vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in delictis peperit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea justitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non spernit.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
Repetitur Antiph. Redemptor meus &c.
Deinde dicitur ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo, & Oratio Obsecramus misericordiam tuam &c. ut supra pag. 49, qua absoluta, canitur ℟. Caligaverunt &c. cum reliquis, quæ præscribuntur in ordine ad sepeliendum Sacerdotem, omissa tamen Antiphona In Paradisum deducant te &c., ut suo loco notatur.



ORDO
AD SEPELIENDOS
INFANTES INFRA SEPTENNIUM.


PArochus, vel alius Sacerdos, dato prius campanæ signo ad instar salutationis angelicæ, ad clerum, populumq; convocandũ, omissis ictibus pro defunctis usitatis, stola violacea indutus, & candelis accensis in domo defuncti, dicit.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.


OMnipotens, & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largîris æternam, sicut animæ hujus (parvuli, vel parvulæ) hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem B. M. V., & omnium sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari; & in paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Antiphona.



Hic ac ci pi et be ne di cti o nem a Do mi no:




& mi se ri cor di am a De o sa lu ta ri su o:



qui a hæc est ge ne ra ti o quæ ren ti um

Do-



Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Ipse super maria fundavit eum: & super flumina præparavit eũ.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accêpit in vano animam suam: nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium Dominum: quærentium faciem Dei Jacob.

Tollite portas principis vestri, & elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ, Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.

Tollite portas principis vestri, & elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiphona. Hic accipiet.

Incepto psalmo, aspergitur ter cadaver.

Eundo ad Ecclesiam dicantur antiphonæ sequentes, omissa antiphona. Domine Domine.

Antiphona 1. De terra creasti me: carnem induisti me: redemptor meus Christe, resuscita me in novissimo die.

Antiphona 2. Dextera tua Domine suscêpit me, & disciplina tua ipsa me docuit.

Antiphona 3. Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc apparebis cum eo in gloria. Anti-

Antiphona 4. **Domine mitte angelum tuum protectorem meum, qui me suscitet de terræ pulvere, ut possim occurrere ad resurrectionem cum sanctis tuis.**

Si via longior fuerit, dicatur Psalmus **Beati immaculati in via** cum sequentibus, & in fine **Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.**


In Ecclesia collocato cadavere, dicitur sequens Antiph. dupla.




Redemptor me us vi vit, & in no vis si mo



me re no va bit.



℣. **Re no va buntur de nu o os sa me a,**



& in car ne me a vi de bo Dominum De um.



E v o v a e.

Psal.

Psalmus 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum: laudate nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo, & in terra?

Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cùm principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, &c. Sicut erat in principio, &c.

Antiphona. Redemptor.

Incepto psalmo, iterum aspergatur cadaver.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, ut animam hujus (pueri, vel puellæ) ab angelis lucis susceptam, in præparata habitacula dedûci facias beatorum. Per Christum Dominum, &c. ℟. Amen.

His peractis, defertur cadaver ad sepulturam dicendo antiphonam, & psalmum sequentem.

Antiphona. Juvenes. Psalmus 150.

LAudate Deum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in potentatibus ejus: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cythara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.


Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.


Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Anti-

Antiphona.





℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus; sanctæ puritatis amator; qui animam hujus (parvuli, vel parvulæ) ad cælorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es, dignêris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere: ut meritis tuæ sanctissimæ passionis, & intercessione Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, & electis tuis semper facias congaudêre cælestibus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per Dei misericordiam requiescant in pace. ℟. Amen.



OFFI-

OFFICIUM MORTUORUM

AD VESPERAS.


Antiphona.





Ilexi quia audiet Dñs: vocem orationis meæ.
Quia inclinavit aurem ſuam mihi: & in diebus meis invocabo eum.
Circumdedêrunt me dolores mortis: pericula inferni invenêrunt me.
Tribulationem, & dolorem invêni: & nomen Domini invocabo.
O Domine libera animam meam, miſericors Dominus, & juſtus: & Deus noſter miſerêtur.
Cuſtodiens parvulos Dominus: humiliatus ſum, & ſalvum me fecit.
Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis: pedes meos a lapſu.
Complacêbo Domino: in regione vivorum.


Antiphona.



I in




Antiphona.




Ps. 119. Ad Dominum.

AD Dominum cum tribularer clamavi : & exaudivit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis : & a lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi : ad linguam dolosam?
Sagittæ potentis acûtæ : cum carbonibus desolatoriis.
Heu me, quia incolatus meus prolongatus est : habitare cum habitantibus Cedar.
Multùm incola fuit anima mea, cum his qui odêrunt pacem, eram pacificus : cum loquêbar illis impugnabant me gratis.


Antiphona.






Anti-

Antiphona.



LEvavi oculos meos ad montes: unde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a Domino: qui fecit cælum, & terram.
Nondet in commotionem pedem tuum: neque dormiet qui cuﬅodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuﬅodit Iſrael.
Dominus cuﬅodiat te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteræ tuæ.
Per diem ſol non uret te: neque luna per noctem.
Dominus cuﬅodiat te ab omni malo: cuﬅodiat animam tuam Dominus.
Dominus cuﬅodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Antiphona.






Antiphona.




Si i ni qui ta tes. Pſ. 126. De profundis.

DE profundis clamavi ad te Domine: Dñe exaudi vocẽ meã.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem orationis meæ.
Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinêbit?
Quia apud te propitiatio eſt: & propter nomen tuum ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo tuo: ſperavit anima mea in Dño.
A vigilia matutina uſque in noctem: ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia eſt: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ab omnibus iniquitatibus eorum.

Antiphona.



Si i ni qui ta tes ob ſer va ve ris Do mi ne,



Do mi ne quis ſu ſti nê bit.


Antiphona.



O pe ra ma nu um. Pſal. 137. Con fi tê bor.

Con-

COnfitêbor tibi Domine in toto corde meo: quia exaudisti omnia verba oris mei.
Et in conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum: & confitêbor nomini tuo.
Super misericordiam tuam, & veritatem tuam: quia magnificasti super omnia nomen sanctum tuum.
In quacunque die invocavero te: citò exaudi me.
Multiplicabis me in anima mea: in virtute tua.
Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audiêrunt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis tuis Domine: quia magna gloria Domini.
Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta a longè agnoscit.
Si ambulavero in medio tribulationis: vivificabis me.
Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: & salvum me fecit dextera tua.
Domine retribue pro me, Domine misericordia tua in æternum: opera manuum tuarum ne despicias. Antiphona.




Opera manuum tu a rum ne de spi ci as



Do mi ne.

Antiphona.



Audi vi vocem. Cant. Magnificat.

Can-

Canticum Virginis Mariæ. **Lucæ 1.**


§ Quod canticum non dicitur in hebdomada sancta, neque in feriis sextis Quadragesimæ.

MAgnificat anima mea Dominum.
Et exultavit spiritus meus: in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen ejus.
Et misericordia ejus a sæculo, & in sæculum: super timentes eũ.
Fecit potentiam in brachio suo: dissipavit superbos mente cordis eorum.
Deposuit potentes de sede: & exaltavit humiles.
Esurientes satiavit bonis: & divites dimîsit inânes:
Suscêpit Israel puerum suum: memor misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham: & semini ejus usque in æternum.

Antiphona.



A u di vi vocem de cæ lo di centem, be a ti mor-



tu i, qui in Do mino mo ri un tur.

Preces sequentes dicuntur genibus flexis cum Psal. **Pater noster.** Secr. ℣. **Et ne nos inducas in tentationem.** ℟. **Sed libera nos a malo.** ℣. **Requiem æternam dona eis Domine.** ℟. **Et lux perpetua luceat eis.** ℣. **Non intres in judicium.** ℟. **Cum servis tuis Domine.** ℣. **Ne tradas bestiis animas confitentium tibi.** ℟. **Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.** ℣. **Domine exaudi orationem nostram** ℟. **Et**

clamor

clamor noster ad te perveniat. ℣. Exurge Christe adjuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Psal. 50. Miserere mei Deus, ut supra fol. 58. ℣. Domine averte faciem tuam a peccatis nostris. ℟. Et omnes iniquitates nostras dele. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio I. pro Pontificibus.

DEus, qui inter apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali fecisti dignitate vigêre, præsta quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Pro fratribus, & benefactoribus. Oratio II.

DEus, veniæ largîtor, & humanæ salûtis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, sorores, propinquos, & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transiêrunt, Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenîre concêdas.

Pro pluribus defunctis. Oratio III.

PRæsta quæsumus Domine animabus famulorum, famularumque tuarum misericordiam sempiternam: ut mortalitatis nexibus expedîtas lux eas æterna possideat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Animæ istorum, & omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. ℟. Amen.

In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum.

Post Psal. Miserere, concludentur Vesperæ, ut infra.

℣. Domine averte faciem tuam a peccatis nostris.

℟. Et omnes iniquitates nostras dele.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

FIdelium Deus omnium conditor, & redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cuncto-

rum

rum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optavêrunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Animæ omnium Fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace. ℟. Amen.

¶ Sequentes orationes dicuntur ad libitum, & ultima solùm, quotcunque dicantur, concluditur. Per Dominum nostrum &c. cum Vers. & Respon. ut supra.

Pro Sacerdotibus. Oratio.

DEus infinitæ misericordiæ, suscipe pro animabus famulorum, & Sacerdotum tuorum preces nostras: & lucis eis, lætitiæque in regione sanctorum tuorum societatem concede. Per Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Pro Sacerdote, vel Clerico Oratio altera

DA nobis quæsumus, Domine, ut animam famuli tui Sacerdotis vel Clerici, quam de sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum cætui tribuas esse consortem. Per Dominum &c.

In die depositionis defuncti. Oratio.

ABsolve quæsumus, Domine, animam famuli tui N. ut defunctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dñm nostrum, &c. ℟. Amen.

In die tertio, septimo, aut tricesimo. Oratio.

QUæsumus, Domine, famulo tuo, cujus (tertium, vel septimum, vel tricesimum, vel centesimum) obitus sui diem commemoramus: sanctorum tuorum largîre consortium, & rorem misericordiæ tuæ perennis infunde. Per Dominum &c. ℟. Amen.

In anniversario die. Oratio.

ADesto, quæsumus Domine supplicationibus nostris, quibus misericordiam tuam suppliciter deprecamur pro anima

ma

ma famuli tui N. cujus hodie annua dies agitur: ut eam mortalitatis nexibus absolutam, inter sanctos, & electos tuos perpetuam habêre jubeas portionem. Per Dominum &c. ℟. Amen.

Si pro pluribus fit anniversarium, aut septimum dicatur in plurali numero. Pro Episcopis verò, & Sacerdotibus, si pro uno tantùm fiat, dicantur orationes supra positæ in singulari numero.

Pro Patre, & Matre. Oratio.

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti, miserêre clementer animabus Patris, & Matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac vidêre. Per Dominum &c. ℟. Amen.

Si pro pluribus, dicatur, animabus parentum nostrorum, & ubi dicitur meque dicatur, nosque, si pro Patre tantùm, animæ Patris mei, vel nostri, si pro Matre tantùm; animæ Matris meæ, vel nostræ.

Pro uno defuncto. Oratio.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam suppliciter deprecamur; ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, ac sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum, &c. ℟. Amen.

Altera oratio pro uno defuncto.

OMnipotens sempiterne Deus, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur, propitiare animæ famuli tui: Ut qui de hac vita in tui nominis confessione discessit, sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Dominum, &c. ℟. Amen.

Oratio in Cœmeteriis.

DEus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt: famulis, & famulabus tuis, omnibus hìc, & ubiq; in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine lætentur. Per Dominum, &c. ℟. Amen.

AD MATUTINUM

NOCTURNUM PRIMUM.

Antiphona. **Dirige.** Psalmus 5.

VErba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: manè exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi, & videbo: quoniam non volens Deus iniquitatem tu es.

Non habitabit juxta te malignus: neque permanêbunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum: abominabitur Dominus.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introïbo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in tua justitia: propter inimîcos meos:

Dirige in conspectu meo viam tuam, quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolôsè agêbant: judica illos Deus.

Decidant a consiliis suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam exacerbavêrunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt: & inhabitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.

Quoniam tu benedîces justum: Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Añа. Dirige Domine Deus meus in conspectu meo viam tuam.

Añа. Convertere. Psalmus 6.

DOmine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me.

Miserêre mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine,

mine, quoniam turbata ſunt oſſa mea: & anima mea turbata eſt valde, & tu Domine uſquequo?
Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalva me propter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt præ ira oculus meus: inveteravi inter omnes inimîcos meos.
Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudîvit Dominus vocem fletus mei.
Exaudîvit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcêpit.
Confundantur, & conturbentur omnes inimîci mei: avertantur retrorſum, & confundantur valde velociter.
Aña. Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.
Aña. Ne quando. Pſalmus 7.
DOmine Deus meus in te ſperavi: ſalva me ab omnibus perſequentibus me, & eripe me.
Ne quando rapiat, ut leo animam meam: dum non eſt, qui redimat, neque qui ſalvum faciat.
Domine Deus meus, ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis: ſi reddidi retribuentibus mihi mala.
Decidam meritò ab inimîcis meis inânis, perſequatur inimîcus animam meam: & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem dedûcat.
Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum tuorum.
Exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandaſti: & ſynagoga populorum circumdabit te.
Et propter hanc in altum regredere, Dominus judicabit populos: judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam manuum mearum ſuper me.


Consumetur nequitia peccatorum: & diriges justum.
Scrutans corda, & renes Deus, justum adjutorium meum a Domino: qui salvos facit rectos corde.
Deus judex justus, fortis, & longanimis: & non iram addûcens per singulos dies.
Nisi convertamini, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & paravit illum: & in ipso paravit vasa mortis.
Sagittas suas ardentibus effecit, ecce parturiit injustitiam: concêpit dolorem, & peperit iniquitatem.
Lacum fodit, & effôdit eum: & incidit in foveam, quam fecit.
Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ejus iniquitas ejus descendet.
Confitêbor Domino secundùm justitiam ejus: & psallam nomini Domini altissimi.
Aña. Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.
Lectiones leguntur sine benedictionibus, & titulo ab Ecclesiasticis viris, qui intersunt, ordine servato antianitatis inter ipsos, ut infra. Prima a posteriore in beneficii possessione, responsorium autem ab illo qui subsequitur, qui & lectionem sequentem dicet: & sic semper ascendendo, ita ut qui lectionem dicturus est, responsorium ante illam inchoet, penultimum verò responsorium, & penultimam lectionem dicat is, qui Missam cantaturus est; ultimum autem responsorium, & ultimam lectionem dignior, qui præsens est.

Lectio prima. Job. 7.

PArce mihi Domine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculò, & subitò probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam. Sic terminantur lectiones, sine Tu autem.

Res-


Reſponſorium.




Acce pimus bo na de manu Domini,




& ga vi ſi ſu mus, qua-




re non & mala ſu ſti ne a-



mus: Do mi nus de dit, & Do mi nus ab-



ſtu lit. * Sit nomen Do mi ni




be ne di ctum in ſæ cu la.


℣. Quo-



℣. Quo ni am sa git tæ tu æ in fi xæ sunt mi-



hi, & confir masti su per me




ma num tu am. * Sit nomen.

Lectio secunda: Job. 10.

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimittam adversùm me eloquium meum: loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo, noli me condemnare: indica mihi cur me ita judices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnièris me, & opprimas me, opus manuum tuarum, & consilium impiorum adjuves? Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vidèbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutèris? Et scias quia nihil impium fecerim; cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

Responsorium.



A n te quam comedam su spi ro,


&




& tanquam inundantis a quæ, ſic ru-



gì tus me us, qui a ti mor, quem ti-




mê bam, e vê nit mi hi,



& quod ve rê bar, ac cidit,




non ne diſ ſi mu la vi? non ne ſi-




lu i? & jam re quiê vi, * Et venit ſuper


me




me misericordia tua! Do-



mine. ℣. Afflictus sum, & humilia



tus sum usque quâque, rugiê



bam a gemitu cordis mei. * Et venit

Lectio tertia. Job 10.

MAnus tuæ, Domine, fecêrunt me, & plasmavêrunt me totum in circuitu, & sic repentè præcipitas me? Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in pulverem redûces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus & nervis compegisti me. Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

NOCTURNUM SECUNDUM.

Antiphona. In loco pascuæ. Psalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit. Super

Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertens: deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum.
Nam & si ambulem in medio umbræ mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: adversùs eos, qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: & poculum tuum inebrians quàm præclarum est.
Et misericordia tua subsequatur me: omnibus diêbus vitæ meæ.
Et ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.
Aña. In loco pascuæ ibi me collocavit.
Aña. Delicta. Psalmus 24.
AD te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confîdo, non erubescam.
Neque irrideant me inimîci mei: etenim universi, qui te expectant, non confundentur.
Confundantur iniqua gerentes supervacuè, vias tuas Domine notas fac mihi: & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus salutaris meus: & te sustinui tota die.
Memento miseratiônum tuarum Domine: & misericordiæ tuæ, quæ a sæculo sunt.
Delicta juventûtis meæ: & ignorantias meas ne memineris.
Secundùm misericordiam tuam memor esto mei tu, propter bonitatem tuam Domine: dulcis, & rectus Dominus.
Propter hoc legem statuet delinquentibus in via, diriget mansuetos in judicio: docêbit mites vias suas.
Universæ viæ Domini misericordia & veritas: requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.
Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: copiôsum est enim.
Quis est homo, qui timeat Dominum? legem statuet ei in via, quam elêgit.
Anima ejus in bonis demorabitur: & semen ejus hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius ut manifestetur illis.
Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
Respice in me, & miserêre mei: quoniam unicus, & pauper sum ego.
Tribulatiônes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis eripe me.
Vide humilitatem meam, & labôrem meum: & dimitte omnia peccata mea.
Respice inimîcos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio inîquo odêrunt me.
Custôdi animam meam, & eripe me: non confundar, quoniam speravi in te.
Innocentes, & recti adhæsêrunt mihi: quia sustinui te, Domine.
Redime Deus Israel: ab omnibus angustiis ejus.
Antiphona. Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.
Antiphona. Redemisti.
Psalmus 30.
IN te Domine speravi: non confundar in æternum. In tua justitia libera me: & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eripias me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii: ut salvum me facias.
Quia fortitûdo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum educabis me, & pasces me.
Edûces me de laqueo hoc, quem statuêrunt mihi, quoniam tu es protector meus Domine: in manus tuas commendo spiritum meum.
Redemisti me Domine Deus veritatis: odisti observantes vanitatem supervacuè.
Ego autem in Domino sperabo: exultabo, & lætabor in tua misericordia.
Quoniam respexisti humilitatem meam: salvam fecisti de necessitatibus animam meam.
Nec

Nec conclusisti me in manus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserêre mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

Quoniam defêcit in dolôre vita mea: & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

Præ omnibus inimîcis meis factus sum opprobrium vicînis meis nimiùm: & timor notis meis.

Qui videbant me foras, fugiebant a me, exîvi tamquam mortuus a corde: & factus sum sicut vas perditum.

Quoniam audîvi vituperatiônem multorũ: circumhabitantium.

In eo dum convenîrent simul adversùm me: ut acciperent animam meam, consiliati sunt.

Ego autem in te Domine speravi, dixi, Tu es Deus meus: in manibus tuis sortes meæ.

Libera me de manibus inimicorum meorum: & a persequentibus me.

Illumina faciem tuam super servum tuum: & salvum me fac in tua misericordia.

Domine, non confundar: quoniam invocavi te.

Erubescant impii, & deducantur in infernum, muta efficiantur labia dolosa: quæ loquuntur adversùs justum iniquitatem, in superbia, & abusione.

Quàm magna multitûdo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te: & perfecisti sperantibus in te.

In conspectu filiorum hominum: abscondes eos in abdito vultus tui a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.

Benedictus Dominus: quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate circumstantiæ.

Ego autem dixi in pavôre meo: projectus sum a conspectu oculorum tuorum.

Ideo exaudisti Domine vocem orationis meæ: in eo dum clamarem ad te.

Diligite Dominum omnes sancti ejus, quoniam veritatem requîret Dominus: & retribuet iis, qui abundanter faciunt superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in Domino.


Antiphona. Redemisti me Domine Deus veritatis: in manus tuas commendo spiritum meum.

Lectio quarta. Job. 13.

R_Espondc mihi quantas habeo iniquitates, & peccata: scelera mea, & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimîcum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putrêdo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur a tinea. Responsorium.








it,


it, & con tra cta est, me men-


to Domine, quia ventus


est vi ta me a. ℣. Quoniam



non re vertê tur o culus me us, ut vi-


deat bo na, nec as pi ci et me vi sus


ho minis. * C u tis.


Pro


Pro Episcopis, Sacerdotib., & Diaconib. dicitur sequens respons.

















um. ℣. D eus in adju to rium meum in ten de.



Do mi ne ad ad ju van dum me fe-



ſtî na. * E t tri bu e.

Lectio quinta. Job. 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, replêtur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcemodi aperîre oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium? Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu, qui ſolus es? Breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt: conſtituiſti terminos ejus, qui præterîri non poterunt. Recêde ergo paululum ab eo, ut quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii dies ejus.

Reſponſorium.




Pau ci tas di ê rum me o rum fi nî-

tur




tur bre vi, re la xa ergo mi hi Do-



mine. * Plangam pau lu lum do lô rem




me um, an tequam va dam, & non



re vertar ad ter ram te ne brô sam,




& o pertam mortis ca li




gi ne. ℣. Do mi ne ex au di o-


ratio-



ra ti o nem me am, & cla mor me-



us ad te per ve-




ni at.* Plangam &c.


Pro Episc. Sacerdotibus, & Diaconibus. Responsorium.



C a li ga vê runt o cu li me i a fle-





tu me o, qui a e lon ga vit, qui con so-





la ba tur me, vi dê te omnes po-

M puli.









Lectio ſexta. Job. 14.

QUis mihi hoc tribuat, Domine, ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recordêris mei? Putaſne mortuus homo rurſus vivat? Cunctis diêbus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondêbo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.

NOCTURNUM TERTIUM.

Antiphona. Anima autem. Pſalmus 34.

JUdica Domine nocentes me: & expugna impugnantes me. Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adjutorium mihi. Effun-

Effunde frameam: & conclûde adversùs eos, qui me persequuntur.
Dic animæ meæ: Salus tua ego sum.
Confundantur & revereantur: qui quærunt animam meam.
Avertantur retrorsum, & confundantur: qui cogitant mihi mala.
Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: & angelus Domini affligens eos.
Fiant viæ eorum tenebræ, & lubricum: & angelus Domini persequens eos.
Quoniam gratis abscondêrunt mihi interitum laquei sui: vanè exprobravêrunt animam meam.
Veniat illis laqueus, quem ignorant, & captio, quam occultavêrunt, apprehendat eos: & in laqueum incidant in idipsum.
Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutare ejus.
Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiôris ejus: egênum & pauperem a diripientibus eum.
Assurgentes testes inîqui: quæ ignorabam, interrogabant me.
Retribuêbant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
Ego autem, dum mihi molesti essent, induebam me cilicium, & humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinum meum convertêtur.
Sicut proximum, & sicut fratrem nostrum, ita complacêbam: tanquam lugens & contristatus sic humiliabar.
Adversùm me lætati sunt, & convenêrunt: congregata sunt in me flagella, & ignoravêrunt.
Dissolûti sunt, nec compuncti sunt: tentavêrunt me, & derisêrunt me derisu.
Stridêrunt in me dentibus suis: Domine, quando respicies?
Restitue animam meam a malefactis eorum: libera a leonibus unicam meam.
Confitebor tibi Domine in Ecclesia magna: in populo gravi laudabo te.
Non insultent in me, qui adversantur mihi inîquè: qui odêrunt me gratis, & annuebant oculis.

Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & ſuper iram dolôsè cogitabant.
Et dilatavêrunt in me os ſuum: dixêrunt, euge, euge, vidêrunt oculi noſtri.
Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcêdas a me.
Exurge Domine, & intende ad judicium meum: Deus meus, & Dominus meus in cauſam meam.
Judica me Domine ſecundùm juſtitiam tuam: Domine Deus meus, non inſultent in me inimîci mei.
Non dicant in cordibus ſuis, euge, euge animæ noſtræ: nec dicant, Abſorbuimus eum.
Erubeſcant, & revereantur ſimul qui gratulantur malis meis, induantur pudôre, & reverentia: qui magna loquuntur ſuper me.
Exultent, & lætentur qui volunt juſtitiam meam: & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſervi ejus.
Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuam: tota die laudem tuam.
Antiphona. Anima autem mea exultabit in Domino, & delectabitur ſuper ſalutare ejus.
Antiphona. Complaceat. Pſalmus 39.
EXpectans expectavi Dominum, & reſpexit me: & exaudîvit deprecatiônem meam.
Et eduxit me de lacu miſeriæ: & de luto fæcis.
Statuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos.
Et miſit in os meum canticum novum: hymnum Deo noſtro.
Vidêbunt multi, & timêbunt: & ſperabunt in Domino.
Beatus vir, cujus eſt nomen Domini ſpes ipſius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.
Multa feciſti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt, qui ſimilis ſit tibi.
Annuntiavi, & locutus ſum: multiplicata ſunt ſuper numerum.
Sacrificium, & oblationem noluiſti: corpus autem perfeciſti mihi.
Holocauſta, & pro delicto non poſtulaſti, tunc dixi, ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me. Ut

Ut faciam voluntatem tuam, Deus meus, volui: & legem tuam in medio ventris mei.

Bene annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibêbo: Domine tu cognovisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

Non celavi misericordiam tuam: & veritatem tuam a synagoga multorum.

Tu autem, Domine, ne longè facias misericordias tuas a me: misericordia tua, & veritas tua semper suscipiant me.

Quoniam circumdedêrunt me mala quorum non est numerus, comprehendêrunt me iniquitates meæ: & non potui ut vidêrem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum derelîquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eripias me: Domine in auxilium meum respice.

Confundantur, & revereantur simul qui quærunt animam meam: ut auferant eam.

Avertantur retrorsum, & confundantur: qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te, Domine: & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem egênus, & pauper sum: Dominus curam habet mei.

Adjûtor meus, & protector meus es tu: Deus meus ne tardaveris.

Antiphona. Complaceat tibi, Domine, ut eripias me: Domine in auxilium meum respice.

Antiphona. Sitivit. Psalmus 41.

SIcut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum: quando veniam, & apparêbo ante faciem Dei?

Fuêrunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?


Hæc memoratus sum, & effûdi in me animam meam: quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.
In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deum, quoniam confitêbor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.
Ad me ipsum anima mea turbata est; propterea memor ero tui, Domine, de terra Jordânis: & Hermoniim a monte modico.
Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua: & fluctus tui super me transiêrunt.
In die mandavit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum ejus apud me.
Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, susceptor meus es, quare me oblitus es?
Quare tristis incêdo, dum afflîgit me inimîcus? dum confringuntur ossa mea, exprobravêrunt me inimîci mei.
Dum ipsi dicerent mihi per singulos dies: ubi est Deus tuus?
Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deum, quoniam confitêbor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.
Antiphona. Sitîvit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, & apparêbo ante faciem Dei?

Lectio septima. Job. 17.


SPiritus meus attenuabitur, dies mei abbreviabuntur, & solum mihi superest sepulcrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transîerunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem vertêrunt in diem; & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero; infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: pater meus es; mater mea, & soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, & patientia mea? Tu es Domine Deus meus.

Respon-


Responsorium.




Libera me Domine Deus




in die illa tremenda judicii.



* Quando angeli offerent ti-



bi chirographa peccatorum





hominum. ℣. Miserere mei



Deus, miserere mei,


quo-






Lectio octava. Job. 19.


PElli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermônes mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea vidêbo Deum meum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Responsorium.






nem









Lectio nona. 2. Mach. 12.

IN diêbus illis: Vir fortiſſimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Jeroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium bene, & religiosè de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum viderêtur, & vanum orare pro mortuis. Et quia conſiderabat quòd hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo, & salûbris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur.

§. Ad Laudes.

Antiphona. In iniquitatibus. Psalmus 50.

Miserêre mei Deus, ut supra. fol. 58.

Antiphona. In iniquitatibus conceptus sum: peccavi coram te Domine; miserêre mei.

Antiphona. Exaudi. Psalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion: & tibi reddêtur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluêrunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua: accinctus potentia.

Qui conturbas fundum maris: sonum fluctuum ejus quis sustinêbit?

Turbabuntur gentes: & timêbunt, qui habitant fines terræ a signis tuis.

Exitus matutini, & vesperæ delectabis; visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aqua, parasti cibum illorum: quia ita est præparatio tua.

Rivos ejus inebrians: multiplica generationes ejus.

In stillicidiis suis lætabitur cum exoriêtur: benedîces coronam anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent fines deserti: & exultatione colles accingentur.

Indûti sunt arietes ovium, & convalles abundabunt frumento: etenim clamabunt, & hymnum dicent.

Antiphona. Exaudi orationem meam Domine: ad te omnis caro veniet.

Antiphona. Me autem suscêpit. Psalmus 62.

DEus Deus meus ad te de luce vigilo: sitîvit in te anima mea.

Quàm

Quàm multipliciter tibi & caro mea: in terra deserta in invio, & inaquoso.

Sic in sancto apparui tibi: ut vidêrem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quia melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedîcam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labia exultationis laudabunt nomen tuum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutînis meditabor in te: quia factus es adjûtor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me autem suscêpit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiêrunt animam meam, introîbunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, & laudabuntur omnes, qui jurant in eo: quia obstructum est os loquentium inîqua.

Psalmus 66.

DEus misereatur nobis, & benedîcat nos: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nobis.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes, quoniam judicabis populos in æquitate: & gentes in terra diriges.

Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Terra dedit fructum suum, benedîcat nos Deus, Deus noster: benedîcat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Antiphona. Me autem suscêpit dextera tua Domine.

Antiphona. A porta inferi. Cant. Jonæ 2.

CLamavi ad Dominum Deum meum: in tribulatione mea. Et exaudîvit de ventre inferni clamôrem meum: & exaudisti vocem meam.

 Pro-

Projecisti me in altitudinem cordis maris: & flumina me circumdedêrunt.

Omnes altitudines tuæ: & fluctus tui super me transiêrunt.

Et ego dixi, expulsus sum ab oculis tuis: forsitan adjiciam, ut respiciam ad templum sanctum tuum.

Circumfûsa est mihi aqua usque ad animam meam: abyssus circuîvit me.

Postrêmum est caput meum in scissûris montium: descendi in terram, cujus vectes sunt continentes æterni.

Et ascendat de corruptione vita mea: ad te Domine Deus meus.

In hoc quod defècit anima mea a me: Domini memoratus sum.

Et veniat oratio mea ad templum sanctum tuum: observantes vana, & falsa misericordiam suam dereliquêrunt.

Ego autem cum voce confessionis, & supplicationis: immolabo tibi.

Quæcumque vovi: reddam tibi salvatori meo Domino.

Antiphona. A porta inferi erue Domine animas eorum.

Antiphona. Omnis spiritus. Psalmus 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol, & luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præterìbit.

Laudate Dominum de terra: dracônes & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies: spiritus procellæ, qui faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & omnia jumenta: serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes judices terræ.

Juvenes, & virgines, seniôres cum junioribus: laudent nomen Domini. Quia

Quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius, confeſſio ejus ſuper cælum, & terram: & exaltabit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis ejus: filiis Iſrael populo appropinquanti ſibi.

Pſalmus 149.

CAntate Domino canticum novum: laudatio ejus in Eccleſia ſanctorum.

Lætêtur Iſrael in eo, qui fecit ipſum: & filiæ Sion exultent ſuper regem ſuum.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano, & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltabit manſuêtos in ſalûtem.

Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in faucibus eorum: & gladii bis acûti in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes, & in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in vinculis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus.

Pſalmus 150.

LAudate Deum in ſanctis ejus: laudate eum in firmamento virtûtis ejus.

Laudate eum in potentatibus ejus: laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cythara.


Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.

Antiphona. Omnis ſpiritus laudet Dominum.

ANTI-

ANTIPHONA.



Canticum Zachariæ Proph. Lucæ 1.

BEnedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit nobis cornu salûtis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum: qui ab ævo sunt.

Dare salutare de inimîcis nostris: & de manu omnium, qui odêrunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorare testamenti sancti sui.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum datûrum se nobis: ut sine timôre de manu inimicorum nostrorum liberati.

Serviamus illi in sanctitate, & justitia: coram ipso omnibus diêbus nostris.


Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præîbis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salûtis plebi ejus: in remissionem peccatorum eorum.


Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare eos, qui in tenebris, & umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.


ANTIPHONA.



qui







Preces sequen. cum Psalmo dicuntur genib. flexis. Pater noster. Secr. ℣. Et ne nos indûcas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Non intres in judicium. ℟. Cum servis tuis Domine. ℣. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. ℟. Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. ℣. Domine exaudi orationem nostram. ℟. Et clamor noster ad te perveniat. ℣. Exurge Christe adjuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum.

Psalm. direct. 142.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe deprecationem meam in veritate tua.

Exaudi me in tua justitia: & non intres in judicium cum servo tuo.

Quoniam non justificabitur in conspectu tuo: omnis vivens.

Quia persecûtus est inimîcus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Col-

Collocavit me in tenebris ficut mortuos æterni: & anxiatus eft fuper me fpiritus meus.

In me conturbatum eft cor meum, memoratus fum dierum antiquorum: & meditatus fum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabor.

Expandi manus meas ad te: anima mea ficut terra finè aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defècit fpiritus meus.

Ne avertas faciem tuam a me: & ero fimilis defcendentibus in lacum.

Audìtam mihi fac manè mifericordiam tuam: quia in te fperavi Domine.

Notam mihi fac Domine viam, in qua ambulem: quoniam ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimìcis meis Deus: quia ad te confûgi.

Doce me facere voluntatem tuam: quia tu es Deus meus.

Spiritus tuus bonus: dedûcet me in terram rectam.

Propter nomen tuum Domine vivificabis me in tua juftitia: & edûces de tribulatione animam meam.

Et in mifericordia tua difperdes inimìcos meos, & perdes omnes, qui tribulant animam meam: quia ego fervus tuus fum.

Deinde dicitur verfus, **Domine averte** & orationes ut fupra in Vefperis. **fol. 71.** a digniore ftante, cæteris genuflexis.




MISSÆ


MISSÆ MORTUORUM

CANTUS.


INGRESSA.




Re quiem æter nam do na e is




Do mi ne, & lux perpetu a



lu ce at e is. ℣. Te de-




cet hymnus Deus in Syon, & ti bi reddêtur vo-




tum in Jerusalem. Ex au di o ra ti onem meam.

O Domi-




Do mi ne, ad te omnis ca ro ve ni et. * Re qui em


Psalmellus dicendus in Miss. pro Sacerd. et defunct. post Lect.



De pro fun dis clama vi




ad te Do mi ne.




* Do mi ne ex au di




o ra ti o nem me am.




℣. Qui a a pud te




te propi ti a ti o est, &



pro pter le gem tu



am su sti nu i te Do mi ne.




* Do mi ne.

Alius Psalmell. Qui suscitasti, infra pag. 122, dicead. in cæter. Miss. D. funct. post Lection.




Do mi ne ex au-




di o-


O 2 ratio-



ra ti o nem no ſtram.



POST EVANGELIUM.




Re quiem ſanctam do na e is Do mi ne, & lux




mi ſe ri cor di æ lu ce at e is.

OFFERTORIUM.



Do mi ne Je ſu Chri ſte, rex



glo ri æ li be ra a nimas om ni-


um




um fi de li um de functo-




rum de pœ nis in fer ni, & de profun-




do la ci, li bera e as de o re



le o nis, ne ab for be at e as



tar tarus, ne cadant in ob fcû rum,



fed fi gnifer fanctus Mi chael repræfen-


tet




tet e as, in lu cem




ſan ctam, * Quam o lim A brahæ pro mi-




ſi ſti, & ſe mi-



ni e jus. ℣.



Ho ſti as, & preces tibi Domi ne of-



fe rimus, tu ſu ſcipe pro a ni ma-

bus




bus i ſtis, qua rum ho di e memo ri am



fa cimus: fac e as Do mi ne de mor-




te tran sî re ad vitam æ ter nam.




* Quam o lim.

ALIUD OFFERT.




Libera me Do mi ne De us




in di e il la tremen da ju di ci i.


* Quan




* Quando angeli of ferent ti



bi chiro grapha pecca to rum




ho minum. ℣. Mi ferê re me i



De us, mi fe rê re me i,



quoniam in te confî dit a ni ma




me a. * Quando

SAN-


SANCTUS.




Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.



oth. Pleni sũt cæli, & terra gloria tua. O san-



na in excelsis. Benedictus qui venit in nomine




Domini. O sanna in excelsis.

CONFRACTORIUM.




Audivi vocem de cælo dicentem, beati mor-



tui, qui in Domino moriuntur.


AGNUS DEI.




A gnus De i, qui tollis peccata mun di, do na e-




is re quiem. A gnus De i, qui tollis pecca ta



mundi, do na e is re qui em. A gnus De i, qui



tol lis pecca ta mundi, do na e is requiem ſem-




pi ter nam, & lo cum indulgen ti æ cum ſan-



ctis tu is in glo ri a.


TRANSITORIUM.




Ego sum resurrectio, & vita,



qui credit in me, etiam si mortuus fu-



erit, vivet, & omnis, qui vivit, & credit in me,




non morietur in æternum, dicit Dominus.

In Abſolutione ad Tumulum, ſeu Sepulturam; vel locum paratum, Celebrans, Miſsâ abſolutâ depoſita Planeta, & Manipulo, utatur Pluviali coloris nigri. Ubi verò Pluviale non adſit, nec haberi poſſit, Functionem hanc peragat indutus Alba, Cingulo, Amictu, & Stola nigri coloris.


ANTIPHONA AD SEPULTURAM.




Usque in vi ta mea lau da vi te Do-



mi ne, da re qui em mi hi cum Sanctis tu is




in re gi o ne vi vorum, & sal va me.



Me mo ra re Do mi ne, quæ sit me a





substan ti a: quis est homo, qui vi vit, & non




vi de bit mortem?

A dhæ-


Ad hæ ſit pa vi men to a ni ma me a,


vi vi fi ca me Domi ne ſecundùm verbum tu um.



Por ti o me a in ter ra vi ven ti um, me ex-


pectant ju ſti, do nec re tri bu as mi hi.



Vi de Do mi ne hu mi li ta tem me am, & di-


mit te omni a pecca ta me a.


Tu




T u juffi fti na fci me Do mi ne, & promi fi fti,




ut refur gerem: juf fi o ne tu a ve ni o fanctif-




fi me, ne de re linquas me, qui a pi us es.



C re do, quod Do mi nus non me de re linquet,



nec condemna bit me, cum ve ne rit ad ju di-




candum, fed mi fe re bi tur me i re dem ptor


meus,



me us, pi us De us.




Et enim pau ci fu ê runt di es me i,




da mi hi re quiem cum Sanctis tu is Do mi ne.

Pro Episcopis, Sacerdotibus, & Diaconibus.



In pa ra di sum deducant te an ge li, & cum gau di o




su scipi ant te sancti martyres De i.



Tu es Do mi ne pro te ctor me us, in

ma-




manus tu as Do mi ne com mendo ſpi ri tum me um.

Antiphona dupla per Diaconum.




R edemptor me us vi vit, & in no viſ ſi mo



me re no va bit.



R e no va buntur de nu o oſſa me a,



& in car ne me a vi debo Dominum De um.



E v o v a e.

Iſai-

Pſalmus 50.

Incepto Pſalmo **Miſerere mei Deus**, ut ſupra **fol. 58.** Celebrans omnibus in pedes erectis, & diſcoopertis ponit abſque benedictione incenſum in Thuribulum miniſtrante Diacono Naviculam. Tum incepto verſu **Aſperges me Domine &c.** accipit aſperſorium de manu Acolythi, & factâ Cruci profundâ inclinatione uno ſaltem Acolytho præcedènte, comitante autem a dexteris altero (penes quem Vas eſt aquæ benedictæ) atque anteriorem Pluvialis fimbriam elevante circumiens tertiò aſpergit quamlibet lecti partem lateralem: cumque tranſit ante Altare, in quo extet Sacramentum, genuflectit. Celebrantem porro ſubſequitur a tergo Diaconus cum Thuribulo: factâque tum Cruci, tum Altari debitâ & ipſe reverentiâ lectum ſimiliter circumcirca thurificat tertiò in qualibet parte laterali thuribulum ducens. Poſt hæc utrique redeunt ad priſtinum locum, finitoque Pſalmo, & repetitâ Antiphonâ, Celebrans, tenente librum Acolytho, dicit ſine tono: **Dominus vobiſcum**, mox unam ex ſequentibus orationibus, prout occaſio tulerit.

Pro Sacerdote, vel Clerico.

DA nobis quæſumus, Domine, ut animam famuli Sacerdotis tui, vel Clerici, quam de ſæculi eduxiſti laborioſo certamine, ſanctorum tuorum cetui tribuas eſſe conſortem. Per Dominum, &c. ℟. Amen.

Pro tertio, ſeptimo, vel triceſimo.

QUæſumus Domine famulo tuo, cujus (tertium vel ſeptimum vel triceſimum) obitus diem commemoramus, ſanctorum tuorum largire conſortium, & rorem miſericordiæ tuæ perennis infunde. Per Dominum, &c. ℟. Amen.

Q Pro

Pro anniverſario.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, quibus miſericordiam tuam ſuppliciter deprecamur pro anima famuli tui, cujus hodie annua dies agitur: Ut eam mortalitatis nexibus abſolutam, inter ſanctos, & electos tuos perpetuam jubeas habere portionem. Per Dominum, &c. ℟. Amen.

Pro uno defuncto.

OMnipotens ſempiterne Deus, cui nunquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur, propitiare animæ famuli tui: Ut qui de hac vita in tui nominis confeſſione diſceſſit, ſanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Dominum, &c. ℟. Amen.

Pro pluribus defunctis.

PRæſta quæſumus Domine animabus famulorum, famularumque tuarum miſericordiam ſempiternam: Ut mortalitatis nexibus expeditas, lux eas æterna poſſideat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Reſponſorium Lectoris.




Qui ſu ſci ta ſti La zarum qua tri du-


anum



a num fœ tidum.* Tu do na e i




re quiem, & locum in dul gen-



ti æ. ℣.



Re quiem æ ternam do na e i Domi-



ne, & lux perpe tu a luce-




at e i. *Tu do na

His

His peractis dicantur Litaniæ flexis genibus a duobus cantoribus præintonantibus, ut supra **fol. 52.** quibus finitis Celebrans dicens versus sequentes.

℣. **Requiem æternam dona eis Domine,** dextera manu Crucem facit supra locum paratum, choro interim respondente, **& lux perpetua luceat eis,** ac deinde subdit idem ipse Celebrans, non autem Diaconus **Anima istorum, & animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace.** ℟. **Amen,** & his quidem peractis præcedente Cruce, quo venerant ordine in Sacristiam revertuntur.



DECRETA SYNODI DIŒCESANÆ VIGESIMÆ SECUNDÆ AD FUNERA SPECTANTIA.

Quæ spectant ad Civitatem.



Apitulum Ecclesiæ Metropolitanæ, etsi rarò admodum funera comitari consuevit, quia tamen uti dignitate cæteris præstat, ita exemplo prælucêre omnibus debet, normam a nobis in officiis funeralibus eidem singulariter præscriptam, quam hactenus diligenter servavit, statuimus; ut in posterum pari studio, & diligentia observet.

Quoties Capitula Ecclesiarum Collegiatarum Civitatis ad funus ducendum evocantur, singulis de Capitulo dentur intortitia ponderis librarum duarum: Præpositus verò, seu alius quocumq; nomine vocetur in prima ejusdem Capituli dignitate constitutus, aut eo absente Canonicus, qui primus sequitur dignitatem, intortitium habeat ponderis librarum trium.

In funeralibus, quæ intra fines tantummodo Parochiæ fiunt, singulis Sacerdotibus, qui intererunt, eleemosynæ nomine solidorum octo summam præfinimus; Parocho verò duplicatam præstari volumus. Quod si Capitulum aliquod Collegiatarum interesse contingat, Præposito, seu eo absente, Canonico, qui primus sequitur dignitatem, duplicem itidem portionem assignari decernimus.

Si extra Parochiam ducendum sit funus, intra tamen mœnia Urbis, Eleemosynæ quantitas statuatur a præfecto Portæ, pro longioris, aut brevioris itineris ratione, arbitrio ejusdem Præfecti, ita tamen ut nunquam quindecim solidorum summam in singulos sacerdotes excedat. At quando

extra mœnia cadaver comitari necesse erit, tunc eleemosynam judicio ejusdem Præfecti augêri liceat, non tamen ultra summam solidorum viginti, nisi de licentia Vic. Nostri Gen.

Cum sit antiquissimi Ecclesiastici ritus cereos accensos in exequiis, & funeribus ducendis adhibere, multi autem mortuorum hæredes religiosum hoc institutum negligentes adeo impiè se gerant, ut Cruci, Clericis, & funeribus de luminibus necessariis recusent providêre: ex altera verò parte omne suum studium collocent in domibus panno vestiendis, frequentiq; famulorum numero advocando, non sine magno propriæ Ecclesiæ, ac Curati præjudicio, ideo tum, ut his abusibus occurratur, tum etiam ne hæredes ipsi immoderatis sumptibus graventur, hæc, quæ sequuntur de cereorum pondere, numero, & eleemosynæ quantitate pro ratione personarum in Civitate observanda statuimus.

In funeribus nobilium, quando domus panno vestiuntur, tunc circa cadaver in propriis defuncti ædibus apponantur saltem quatuor intortitia, quorum singula minimùm sint ponderis unciarum viginti quatuor. Advocetur numerus duodecim saltem Sacerdotum, quibus singulis detur cereus, seu intortitium unciarum decem, & octo: Curato verò unciarum viginti quatuor. Duo item cerei pro candelabris circa Crucem ponderis unciarum novem, & post feretrum intortitia sex ponderis unciarum viginti quatuor deferantur. Quæ omnia servari mandamus, nisi hæredes defuncti velint, vel defunctus ipse testamento caverit majores sumptus fieri.

Idem ordo servetur in ejusmodi nobilium funeribus, si quod Capitulum Regularium, quod absq; luminibus funus associet, evocetur: At si Regularibus ipsis tribuantur cerei, vel intortitia manibus gestanda, tum totidem Sacerdotes sæculares cum cereis adhibeantur, quot fuerint Regulares ipsi. Porrò intortitia, quæ tribuuntur sæcularibus majoris ponderis esse debent, quam ea, quæ Regularibus. Rursus inter sæculares majoris ponderis esse decet intortitia, quæ tradenda sunt

da sunt dignitatibus, Canonicis, & Curato, quàm ea quæ reliquis Sacerdotibus.

Si quando contingat defunctum esse Parochianum alicujus Ecclesiæ Curatæ simul, & Collegiatæ, tunc si hæredes ipsius Capitulum Regularium evocare voluerint, teneantur etiam Collegium Canonicorum capitulariter adhibere. Cæterùm Canonici in numero eorum Sacerdotum recensendi erunt, qui numerum Regularium æquare debet.

Post feretrum nobilium Defunctorum intortitia sex ponderis librarum duarum a pauperibus, sive famulis hæredum deferantur, quæ etiamsi plura fuerint, ita Deo oblata intelligantur, ut omnia Ecclesiæ Curatæ, si in ea humandum sit corpus, addicta continuò sint. Si verò ad aliam Ecclesiam cadaver deferatur, tunc intortitia, quæ post feretrum adhibentur, ea item quæ in ipsamet Ecclesia, in qua humandum est corpus, circa idem feretrum accensa erunt, æquis portionibus dividantur oportet inter Parochum defuncti, & Ecclesiam, in qua humatur cadaver, vel aliam, ad quam de jure spectet. Qui ejusmodi ceram Ecclesiis addictam, & debitam asportare, vel retinere ausus fuerit, tamquam sacrilegus puniatur.

Cum domus nobilis defuncti panno minimè vestiuntur, ne funus ducatur, nisi saltem sex Sacerdotes intersint, quibus singulis intortitium ponderis unciarum decem, & octo tradatur, servatis reliquis circa Crucem, & cadaver, ac post feretrum, quæ superiùs sancita sunt.

In funeribus mercatorum, seu eorum, quibus honestæ suppetunt facultates, si ædes simplici ordine panni tegantur, tunc saltem sex Sacerdotes funus associent cum intortitiis accensis ponderis unciarum duodecim. Circa cadaver cerei quatuor, & post feretrum totidem ejusdem ponderis adhibeantur: si verò ædes panno minimè vestiantur, tunc duo cerei circa cadaver, duo post feretrum unciarum duodecim, duo item circa crucem unciarum sex sufficiant, sed nihilominus sex Sacerdotes ad funus evocari volumus.

Non prohibemus tamen hæredes mercatoris defuncti, quin domos pannis contegere, & reliquam pompam nobilium instar adhibere possint, modò serventur etiam ea, quæ supra de funeralibus nobilium præscripta sunt.

Quod jamdiu sancitum est, & usu etiam receptum, ut notulæ funerum cum numero Sacerdotum, & impensa, & ceræ, & eleemosynæ a Præfecto Portæ recognoscantur, corrigantur, & approbentur, id etiam, ut in posterum diligenter, inviolatèque observetur, statuimus.

Observanda in Diœcesi.

IN funeribus nobilium, seu aliorum, quibus honestæ suppetunt facultates, circa cadaver cerei quatuor ponderis unciarum sex, circa verò Crucem duo totidem unciarum adhibeantur, nisi aliud defunctus, seu hæredes fieri voluerint; Parochus, qui ad majorem impensam hæredes cogere attentarit, præter pœnam decem aureorum, ceram amittat, quæ illico Scholæ Sanctissimi Sacramenti adjudicata censeatur.

Quoties funus ducitur puerorum, qui septennium non excedunt, Curatus præter propriam, & clerici eleemosynam, duobus cereis unciarum sex ad cadaver comitandum contentus sit. Quòd si ejusmodi pueri parentes nobiles, seu divites habuerint, eorum arbitrio impensa funeris remittatur.

In funeralibus, & officiis defunctorum pro singulis Sacerdotibus eleemosynam solidorum decem dumtaxat præfinimus. Pro Curato verò, & Præposito, seu Vicario Foraneo plebis, si intererit, solidorum viginti. Porrò consuetudinem immemorabilem, in qua major, vel minor eleemosyna præstari solet, non improbamus, nisi adeò tenuis illa esset, ut eam augeri omnino expediret. De hujusmodi autem consuetudine docere omnino teneantur Curati coram Vicario nostro Generali, aut Visitatore.

Si cadaver longiùs milliari ab Ecclesia distet, eleemosynam pro

pro dimidia parte augeri liceat: ubi verò duobus milliaribus, & ampliùs absit, eleemosynam duplicari concedimus, ita tamen ut nullus dari possit casus, in quo sine Vicarii Foranei licentia eleemosyna major duplicata præbeatur.

In officiis funeralibus, in quibus adhibentur sex Sacerdotes, pro eleemosyna eorumdem, & impensa ceræ summam, quæ libras octo Imper. excedat, Curatis accipere vetitum sit, nisi impensam hæredes sponte facere voluerint. Si verò major accipiatur numerus Sacerdotum, consueta eleemosyna solidorum decem ultra præfinitam summam singulis detur. Hoc autem decretum locum dumtaxat habere in officiis septimis, & tricesimis, quæ vocantur defunctorum, declaramus, sed non in annualibus legatorum causa.

Quod in omni genere personarum de funere ducendo præscriptum est, id etiam locum habere declaramus in officiis eorum septimis, tricesimis, & annualibus.

In exequiis alicujus momenti locorum Curati monitum faciant Vicarium Foraneum plebis, atque ei priùs notulam Sacerdotum, qui advocandi sunt, & eleemosynæ, ac totius impensæ subscribendam, & reformandam tradant.

Quoties numerum sex Sacerdotum ad funera, seu officia evocari contigerit, in his semper numerari debeat Punctator plebis, cujus munus erit errata diligenter notare, atq; in hac parte ejusdem conscientiam oneramus, nisi contumaces detulerit Vicario Foraneo, ac item Vicarii Foranei, nisi eosdem punierit, eorumve Indicem Vicario nostro Gen. transmiserit.

Uno, eodemq; die ne liceat uni Sacerdoti pluribus mortuorum officiis interesse, & pro singulis eleemosynam accipere.

Communia Civitati, & Diœcesi.

QUoties Canonicos officiis defunctorum, seu funeralibus capitulariter adesse contigerit, ceram, quam manibus gestant, sibi ipsi acquirant, nisi ea consuetudo sit, ut Sacri-

stiæ,

ſtiæ, vel alteri pio uſui cedat. Secus verò ſi non capitulariter, ſed tamquam privati Sacerdotes accedant.

In Sacriſtia liber aſſervetur, in quo deſcribantur nomina omnium Sacerdotum, qui officiis intererunt, eorum item qui Miſſas celebrabunt. Electionem autem Sacerdotum in funeralibus, & officiis non ad hæredes, aut alios, ſed ad Curatos ſpectare declaramus.

Ne pactiones de funere, aut exequiis pro mortuo celebrandis cum defuncti hærede a Parocho, aliove ullo modo fiant, & præſertim ea conditione adjecta, ut certa pars ceræ, quæ officiis exequiarum peractis ſupererit, ipſi hæredi, aut alteri reſtituatur.

Pro funeribus pauperum, qui tamen miſerabiles non ſint, eam tantummodò ceram accipiat Curatus, quæ ſponte a defuncti conſanguineis oblata erit, & quo ad numerum Sacerdotum, eorum arbitrio ſe remittat.

Miſerabilium autem perſonarum, quibus mortuis nihil, aut ita parum ſupereſt, ut ſuis impenſis humari non poſſint, exequiæ gratis omnino a proprio Parocho fiant. Porro de ſtatu miſerabili teſtimonium faciant Prior Doctrinæ Chriſtianæ cum aliis duobus viris probis ejuſdem loci. Horum atteſtationi credere teneatur Curatus, ſub pœna duorum aureorum fabricæ Eccleſiæ applican. niſi aliud ſenſerit Præfectus Portæ, aut Vicarius Foraneus.

Ne liceat Curatis occaſione funeralium, ſeu officiorum pro defunctis hæredes cogere, ut aliis in locis præter conſuetos, & jam præſcriptos, lumina accendantur, niſi ab illis, quorum ſumptibus funus, ſeu officia celebrantur, ſponte exhibeatur cera ob eam cauſam.

Ne major numerus clericorum, quàm neceſſarii ſint, niſi defuncti hæredes aliter voluerint, ad funera vocetur, & ii dimidiam tantùm partem eleemoſynæ conſequantur, quæ dari Sacerdotibus ſolet.

Si in eodem loco duo Rectores exerceant curam animarum, in funeribus, officiiſq; funebribus nunquam eleemoſyna duplicata

plicata tribuatur utrique, sed ei tantummodo, qui vel hebdomadarius est, vel de cujus cura mortuum efferri contigerit.

Curatus, qui contra præscriptam formam parentes, seu hæredes defunctorum coegerit ad ceram, numerum Sacerdotum, vel eleemosynam augendam, decem aureorum pœna mulctetur, quorum dimidia pars accusatori, altera verò dimidia iis, quibus incumbit impensa ceræ pro Sanctissimo Sacramento, vel fabricæ Ecclesiæ persolvatur.

Custodes, vel crucem ferentes, vel campanas pulsantes tantum accipiant, quantum eo nomine judicio Præfecti in Civitate, & Vicarii Foranei in Diœcesi dari consuevit.

Quod Concilio IV. Provinciali sancitum est, ut pro crucibus, & quæ circa cadaver, aut cœnotaphium disponuntur nihil omnino exigat, accipiatve Curatus, illud omnino observari volumus, liceat tamen custodibus, aut aliis ministris ratione laboris instruendo cœnotaphio exiguam aliquam eleemosynam accipere arbitrio Curati, & si hæredes ipsi Cruci, aut cadaveri aliquid imponere voluerint, id fieri nulla ratione eisdem concedatur.

Priores scholarum, qui funera comitantur suorum Confratrum ne manibus gestent cereos, seu intortitia æqualis, aut majoris ponderis, quàm sint illa Sacerdotum sub quovis nomine, aut prætextu illa tradantur. Ejus generis homines, & alii, qui in funus se ingerunt, nec quidquam operæ ponunt, nihil omnino consequantur.

Pro mortuis autem officium integrum peragatur, & quæ cantum requirunt cum cantu recitentur, ad præscriptum libri Ritualis. Qui contrafecerit toties unius nummi aurei pœna plectatur, quoties a præscripto recesserit.

Nemo pro præsenti habeatur in officiis defunctorum, qui veste talari, & superpelliceo indutus, antequam prima pronuncietur lectio, non adfuerit, vel non perseveraverit usque ad finem Missæ, & precum, quæ post eam recitari solent.

Qui etiam antequàm efferatur cadaver, non adfuerit.

Qui item quidquam peccarit in illis, quæ continentur in Ta-

bella

bella erratorum impressa in calce hujus Synodi Diœcesanæ.

Quicumq; in funeribus, seu officiis defunctorum pileos, vel chirothecas detulerint, seu contractiori veste usi fuerint, pœna duorum aureorum plectantur.

Qui funeris, exequiarumq; curatores, utpote Antiani, vel alio vocati nomine per se muneris sui partes non obierint, ejus funeris, officiique funeralis eleemosyna, emolumentove careant.

In reliquis, quæ ad horam, ritum, viam funeris ducendi, atque alia officia mortuis præstanda pertinent observari accuratè jubemus, quæ in Conciliis Provinc. & Diœcesanis, ac etiam Instructionibus hoc de genere sancita sunt.



AP-

APPENDIX DECRETORUM,

Et instructionum ad funera ducenda, & alia Officia mortuis præstanda.



Arochus sua jura ita conservet, & tueatur, ut electionem sepulturæ pro morientibus nemini de familia permittat, iis exceptis, quibus id sacri Canones, & quæ inde jura promuntur, jam concesserunt.

Pater enim filio impuberi potest eligere sepulturam; non ita mater, nisi fortè id alicubi habuerit a consuetudine. Multò minùs avus, vel alii ascendentes, aut collaterales, quòd in materia odiosa nomine filiorum non veniant nepotes, aut propinqui. Videtur tamen hæc facultas concedenda tutori, cum ipse succedat loco patris, ac proinde etiam matri, quando sola tutricis munere fungitur.

Filio verò puberi neque pater ipse potest eligere sepulturam, licèt ille sibi eam eligere possit, etiam non consentiente patre. Multò minùs aut eam illi eligere, aut electioni ab eo factæ repugnare poterunt mater, vel avus, vel frater, vel quivis alius ex iis, quibus non competit tantum juris, quantum patri competebat.

Marito autem, si habeat sepulcrum familiæ suæ extra Parochiam, liberum est velle, ut uxor sua, si matrimonium fuerit consumatum, in eo tumuletur. Non licet tamen ipsi aliam de novo eligere sepulturam extra Parochiam; licèt eam uxor de consensu mariti sibi eligere possit.

Vidua etiam sepeliri debet in sepulcro mariti, si proprium ille habeat. Quod si fortè habuerit plures maritos, novissimum illa assequitur, etiam extra Parochiam, sed sine præjudicio quartæ parochialis; si tamen ipsa jam sibi non elegerit sepulturam, ut potuit, & fas est cuique, qui pubertatem, & usum rationis sit assequutus. Quæ, ut alia hujusmodi, sunt juris.

Nulla universitas eligat sepulturam extra Parochialem pro se, & successoribus suis præsentibus, & futuris, non impetrata priùs a nobis, vel a nostro Vicario Generali facultate; Aliter facta electio irrita omnino censeatur.

Beneficiati decedentes, non electa sepultura, sepeliantur in ea Ecclesia, in qua beneficium obtinent, & tenentur residere, si id commodè fieri possit; modò sit in ea Ecclesia peculiaris Ecclesiasticorum sepultura; idque penitùs fiat, etiamsi in aliena Parochia, in qua domicilium habeant, mortem obierint, ibiq; Sacramenta receperint: In quo tamen Parochum neq; funeris prosequendi, neq; quartæ Parochialis recipiendæ consuetudine citra ceram capitularem privare intelligimus. Secus tamen erit de Sacerdotibus, & Clericis non beneficiatis, quamvis alicui Ecclesiæ, quæ sit extra Parochiam, in qua decedunt, adscripti inserviant; uti etiam de beneficiatis, qui non tenentur residere, neq; inservire per ipsos; eò quod propterea non sint tali Ecclesiæ perpetuò conjuncti; ut proinde ad eam Parochiam omnino pertineant, in qua domicilium habent.

Qui allegant se habere sepulcrum familiæ, vel majorum suorum extra Parochiam, possint a Parocho compelli ad illud probandum. Neq; sufficiat sola Regularium attestatio id in sua Ecclesia esse affirmantium; cum possit Parochus uti jure suo, donec de jure alterius legitimè constet.

Si fortè in Oratorio Scholarium, vel Confratrum sit ipsis constructa sepultura, in ea tamen singulis, cum moriuntur, ne liceat tumulari; nisi priùs constet, quod eam viventes ipsi sibi elegerint. Est quidem penes illam illud juris, ut nonnisi ab iis, qui scholares sunt, & confratres, eligatur, non tamen statim electa censenda est, nisi ubi constiterit de electione.

Nullus audeat omisso, vel neglecto proprio Parocho defunctum quomodocumq; in Ecclesiam regularium introducere, ut ibi ab ipsis sepeliatur. Propterea Parochi, quorum jus expresè violatur, temeritatem hujusmodi diligenter advertant, nosq; faciant certiores, ut contra transgressores severè pro ratione culpæ animadvertamus.

Ubi

Ubi cadaver sit deferendum ab una Ecclesia sæcularium ad aliam pariter sæcularium; si Ecclesiæ sint pares, utpote duæ Parochiales, & soli eorum Parochi conveniant, una tantùm Crux deferatur, ejus nimirum, cujus est cadaver; ad quem pertinebunt & functiones digniores, & dignior locus; quamquam pares progredi debebunt. Idem servetur, si fortè in Ecclesia, cujus est cadaver, adsit tantùm Coadjutor, vel Viceparochus; nisi quod locus dignior Parocho alterius Ecclesiæ cedere debet. Ubi verò præter Parochos certus etiam Cleri numerus utrinq; fuerit evocatus, tunc duæ deferantur Cruces, & uterq; Parochus cum suo Clero suam sequatur: locus autem prope cadaver, qui dignior est, ejus erit Parochi, cujus est ipsum cadaver. Sin verò Ecclesiæ sint dispares, puta Parochialis, & Collegiata, tunc & locus dignior, & jus functionum cedat Præposito, & Canonicis, quamvis cadaver illorum minimè sit: quando tamen concurrent duæ Collegiatæ, antiquior illarum præcedet in omnibus, quamvis fortasse illius Præpositus abesset. Si tamen nomine Collegiatæ antiquioris adessent tantùm Capellani, aut Custodes, tum & loci, & functionum præeminentia sit Collegiatæ, cujus Præpositus, vel saltem Canonici interfuerint. Si demum e Parochiali ducatur funus ad Ecclesiam Collegiatam cum interventu tot Sacerdotum, puta tot Capellanorum, seu custodum ex parte illius Ecclesiæ, quot sunt Sacerdotes ex parte proprii Parochi, eo in casu præeminentia functionum spectet ad Parochum, cujus est cadaver, qui etiam cum suo Clero locum digniorem occupabit.

Si cadaver sit deferendum ab Ecclesia, cui præsit Regularis, ad Ecclesiam, cui sæcularis, vel e converso; si interveniant soli Parochi, aut cum Parocho regulari alii Clerici sæculares, eadem planè serventur, quæ supra. Verùm si Parochus Regularis secum adducat alios Regulares, locus dignior erit Cleri sæcularis, servato Regularibus jure suo quoad alias functiones.

Si ab Ecclesia Collegiata ducendum sit funus ad Ecclesiam

 Regu-

Regularium fine ipfis Regularibus, aut certè etiam cum ipfis, qui tamen ceram non geftent manibus, Clero eam geftante, tunc cera, quam præ manibus habent Canonici, & reliqui de Capitulo, qui capitulariter funeri interfuerint, ipfis acquiratur, vel eorum Sacriftiæ, prout in Syn Diœc. XXII. ftatutum, & ufu receptum eft. Ipfi verò Regulares, ad quorum Ecclefiam defertur cadaver pro fepultura, contenti fint medietate illius ceræ, quæ circa feretrum, aut aliter quomodocunq; in illo funere adhibebitur. Retineant verò Clerici fæculares laudabilem ufum perficiendi funus, & recitandi ftatas preces, & afpergendi cadaver intra Ecclefiam ipforum Regularium.

Caveant Regulares, ne indirectè (idquod in virtute S. Obedientiæ, ac fub interminatione maledictionis æternæ prohibitum fuit a Bonifacio VIII.) inducant aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interpofita, feu aliàs promittendum, ut apud eorum Ecclefias fepulturam eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent.

Si habentem domicilium in Urbe contingat mori extra Urbem, & e contra, nullum ex eo præjudicium proprio Parocho afferatur, quin fuam funeralium proventuum habeat portionem, ubicunq; funus eorum celebretur; quod jus non modò ad funus, fed etiam ad officia mortuorum extenditur, fi ea ab hæredibus ex obligatione fiant, aut ex confuetudine; fecus fi ab alio quopiam ex fola devotione. Multò verò minùs poffit Parocho Urbano præjudicium afferri, fi civis nobilis, aut alicui officio addictus in Urbe moriatur, quamvis extra Urbem eligat fepulturam. Si quis verò habeat duo domicilia æqualiter vitam traducens in utroque; & eligat fepulturam in loco tertio, Ecclefiæ domiciliorum inter fe dividant canonicam portionem. Si tamen alterutram ex iftis fibi eligat pro fepultùra, alteri ne tradatur pars ulla ceræ, quæ fpectet ad Ecclefiam fepulturæ, fed illi Ecclefiæ tantùm acquiratur, in qua cadaver fuerit humatum. Idem fit, fi quis habitet in confinio duarum Parochiarum, vel duas

domos

domos incolat, quæ ad duas Parochias pertineant. Ubi tamen dubium emergat de duplici domicilio, & an æqua sit utriusq; habitatio, tunc res erit componenda per Vicar. nostrum Generalem.

Coadjutori, cui debeatur certa pars emolumentorum, quæ titulo Parochiali extraordinariè conrogantur, ubi aliquis alienæ Parochiæ eligat sepulturam in Parochia, cui coadjuvat, sua æquè illi portio tribuatur, ac in reliquis emolumentis fieri solet.

Quando cadaver aliò mox deferendum pro sepultura privatim ante funus reponitur in aliqua Ecclesia, cereique circa illud accenduntur, si quid illis superfuerit, acquiratur pro medietate Parocho, intra cujus Parochiæ fines cadaver ad tempus repositum est, quod idem quoq; servetur, si Ecclesia Regularium sit, altera nimirum medietate Parocho cadaveris relicta. Si verò illud cadaver cum funere ducatur in alienam Ecclesiam, etiam Parochialem, ibiq; deponatur ad plures dies, aut etiam menses, donec aliò transferatur pro perpetua sepultura, cera funeris dividatur æqualiter inter Ecclesiam Parochialem propriam, & illam, in qua depositum fuit cadaver, prout usu receptum est. Quod si in secunda cadaveris traductione cera adhibeatur, tota sit illius Ecclesiæ, in qua cadaver humandum erit.

Plures defunctos eodem actu ad tumulum deferri citra gravem causam ne permittatur: præsertim si tales fuerint, ut iisdem eædem functiones ab Ecclesia non sint institutæ, puta Laici, & Clerici, seu infantes, & adulti. Posset tamen id dissimulari in parvulis gemellis, & ubi puerpera unà cum fœtu obierit, si propinqui ea premantur paupertate, ut duplici expensæ vix possint sufficere.

In Diœcesi dupla portio tribuatur proprio Parocho, & Præposito, vel eo absente Vicario Foraneo Plebis, si fortè conveniant ad idem funus; ut duplæ portiones nunquam sint supra duas. Cęterùm pro funere, cui neq; Præpositus, neq; Vicarius Foraneus intersit, quamvis sint plures ejusdem Pa-

rochiæ

rochiæ Curati, Decretum Syn. Diœc. xxII. de unica tantùm portione dupla recipienda ita ratum desideramus, ut contrafacientes decem nummis aureis mulctari velimus. Quod idem in Civitate servandum erit. Eadem censura erit pro cereis majoris ponderis, quæ duplæ portionis. Digniores verò functiones fiant per Præpositum, si adfuerit; & eo absente per Vicarium Foraneum, cui etiam stola deferatur. Ubi tamen duo diversarum Parœciarum Rectores intervenerint, eò quod ab una Parochia ad alteram cadaver asportetur, utriq; dupla portio tradatur.

In Collegiata Ecclesia, in qua Parochi a Capitulo sine subordinatione distinguuntur, si moriatur aliquis de Capitulo, extra ædes Ecclesiasticas, idem servetur, ac supra statuimus de Canonico moriente in aliena Parochia: Sin autem in ædibus Ecclesiasticis, totum jus penes Capitulum sit. Unde si velit ab iis ad aliam Ecclesiam asportari, Capitulum exerceat functiones, & acquirat ceram, quam singuli de Capitulo gestant. Reliqua verò cera, præter capitularem, inter ipsum Capitulum, & Ecclesiam sepulturæ dividatur æqualiter.

Ad funus Parochi, si plenus Portæ, aut Plebis Clerus conveniat, in Civitate, modò nullus intersit, qui dignitatem obtineat, funus celebretur a Decano illius Portæ: in Diœcœsi verò a Præposito, aut Vicario Foraneo illius Plebis, & quoniam, ubi eadem Ecclesia plures non habet Parochos, ex Conc. Prov. II. incumbit onus viciniori Sacram Eucharistiam, Extremamq; unctionem Parocho infirmo ministrandi, & illius morientis animam Deo religiosis precibus commendandi, eidem cedat dimidium ceræ, quæ in eo funere fuerit adhibita. Reliquum verò Sacristiæ illius Ecclesiæ acquiratur, cui defunctus Parochus præsidebat, modò in ea sepeliatur.

Quia funus comitantur plerunque officia defunctorum, & ea, quæ annualia dicuntur; advertat Parochus, ne plus mercedis pro celebratione Sacri eis impendat, qui in eis offi-

ciis

ciis Sacrum fecerint, quàm in taxa præfinitum eſt. Si verò præterea recitantes interfuerint, in Civitate ſolidi octo ſupra Miſſæ eleemoſynam, & in Diœceſi decem pro aſſiſtentia, & recitatione officii ſingulis addere conſentaneum eſt; uti etiam Clericis, quibus videtur congrua dimidia portio, quæ dari ſolet Sacerdotibus.

Si fortè noluerit aliquis Parocho eam pecuniæ ſummam, quæ in præmiſſa Synodo ſtatuta eſt, & onus ſimul officii celebrandi relaxare, ſed ſuam illi tantùm tribuere portionem; eò quod ſingulis aliis Sacerdotibus ipſe velit ſatisfacere: Parochus ne quidquam ampliùs exigat, quàm honorariam ſolidorum portionem, quæ ſimplici portioni adhibita duplam efficiet, & cereos quatuor, quorum ſinguli ſex unciarum exiſtant. Si tamen inciderint annualia, quæ ſint tenuia, neque poſſint augeri per hæredes, Parochus pro cera non plus exigat, quàm ſolidos vigintiquinque, caveat tamen Parochus, ne in eo annuali officio, cui legatarius numerum Sacerdotum non determinavit, pauciores adhibeat, quàm quatuor: niſi fortè nimiùm urgeret eleemoſynæ, vel legati tenuitas. In ea verò Eccleſia, in qua plures fuerint Sacerdotes, quàm ad ea officia requirantur, vel Capellani, vocentur in orbem, vel diminuto ſingulis ſtipendio ſine querela omnes interſint.

FINIS.

IN-

INDEX

Ad Inſtructiones ad funera ducenda, & alia mortuis præſtanda.





